IOS. M. SCHNEIDT,

V. I. D. COM. PAL. CAES. CONS. AVL. WIRCEB. ET FVLDENS.
PANDECT. ET IVRIS FRANCONICI IN VNIVERSITATE
WIRCEBVRGENSI PROFESSORIS PVBL. ET ORD.

THESAVRVS IVRIS FRANCONICI.

Oder

Sammlung

theils gedruckter theils ungedruckter

Abhandlungen, Dissertationen,

Programmen, Gutachten, Gesätze,
Urkunden ꝛc. ꝛc.

welche das

Fränkische und besonders Hochfürstlich-
Wirzburgische

Geistliche, Weltliche, Bürgerliche, Peinliche, Lehen-
Polizey- und Kameralrecht
erläutern ꝛc.

Des zweyten Abschnittes zweytes Heft.

Wirzburg,
Im Verlage der Franz Xaver Riennerischen privil.
Buchhandlung.
1787.

SECTIO II.
DOCUMENTUM IX.

CONCILIUM HERBIPOLENSE ANNO CHRISTI MCCCXXX.
JOANNIS XXII PAPAE XIV, LUDOVICI BAVARI REGIS XVI.*

Wolframus *a*) Dei Gratia, Herbipolensis Ecclesiae Episcopus, universis & singulis Prepositis, Decanis, Archi-Diaconis, Abbatibus Prioribus &c.

I. *De prava consuetudine.*

Detestanda consuetudo in locis plurimis nostrae Civitatis, & Dioecesis, inolevit, quod uno conjugum ante inthronizationem mortuo, alter superstes cum mortuo, juxta feretrum, in quo positus est, a nonnullis Sacerdotibus, ac si ambo viverent, inthronizatur; cum igitur juxta Apostolum, mortuo

* Habetur apud HARZHEIM Concil. Germ. Tom. IV. p. 310. seqq.

a) Wolframus a Grumbach, Episcopus XLIX. Herbipolensis, sub Ludovici Bavari motibus rebelles cives expertus: sedit ab A. 1322. ad 1333. quo obiit. *Bucelinus Germaniae Sacrae Parte I.*

viro mulier ſit a lege viri ſoluta; talia fieri de caetero prohibemus.

II.

Nonnulli Sacerdotes ſimplices, Sacramentum Confirmationis in mortis articulo praeſumunt fidelibus exhibere, quod ab Apoſtolorum temporibus fuit ſolis Pontificibus reſervatum, ad excuſandas excuſationes in peccatis, ſolam conſuetudinem praetendentes; unde omnibus Presbyteris diſtrictius inhibetur, ne talia de coetero ſua temeritate attemptent, praeſertim cum umbra quaedam oſtendatur in opere, veritas autem non ſubeat in effectu.

III. *De Raptoribus.*

Quia ex Statuto *Concilii Provincialis Moguntini* edito & promulgato contra ſpoliatores rerum & perſonarum Eccleſiaſticarum, Eccleſiaſticis perſonis Civitatis & Dioeceſis, ac Provinciae Moguntinae, (ut credimus) ſufficienter proviſum non exiſtit; de conſilio igitur Praelatorum & Capituli & Eccleſiae noſtrae pro utilitate Subditorum noſtrorum, ſcilicet Eccleſiaſticarum perſonarum eidem Statuto duximus, auctoritate ordinaria, annectendum; quod non ſolum in locis Civitatis, & Dioeceſis noſtrae, ad quae dictum ſpolium deducitur, verum etiam in illis locis, in quibus res Eccleſiaſticarum perſonarum, absque mandato Judicis Eccleſiaſtici competentis, occupari, ar-

reſtari,

reſtari, detineri, aut offerri, ſeu diſtrahi, domus etiam eorum, ſive quaecunque aedificia demoliri contigerit, in eisdem locis ceſſetur ab officiis Divinorum, ſub poena in eodem Concilio Provinciali expreſſa.

IV. *De Tutoribus & Curatoribus.*

Ubi majus periculum vertitur, ibi procul dubio conſultius, aut cautius eſt agendum; cum itaque experientia magiſtra rerum efficax manifeſtat, quod tutelae pupillorum nec non curae adultorum minorum, ſaepe ſaepius in non modica, imo gravia patrimoniorum, ſive ſubſtantiarum ipſarum minorum, ſuorum parentum induſtria, laboribus ſtudioſis, ac multis variis caſibus ſolicite ut plurimum conquiſitarum, diſpendia, ac detrimenta (*vergant*) perutili juris diſpoſitione circa hoc ullatenus non attenta, per ipſorum minorum Curatores plerumque ſuſpectos, deſides, & remiſſos, absque curioſa *b*). Literas noſtri, aut Vicarii noſtri in ſpiritualibus pro tempore exiſtentis ſigillornm appenſione communitas, vobis duxerit oſtendendas, non obſtantibus literis viſionis, *vidimus* communiter nuncupatis, Praelatorum & perſonarum quarumcunque.

V.

Praecipimus; quod nullus Archi-Diaconorum extra Civitatem Herbipolenſem, ſine licentia noſtra,

b) Hiatus hic eſt in Manuſcripto.

ſtra, aliquem habeat officialem, ſeu cauſas aliquas niſi valde modicas decidentem, & quia ubi majus periculum vertitur, cautius eſt agendum; ſub poena excommunicationis ſpecialiter inhibemus: quod nulla cauſa matrimonialis, in qua conſilium peritorum magis, quam in aliis neceſſarium habeatur, extra dictam civitatem aliqualiter decidatur; alioquin etiam taliter judicantes ſuſpenſos manere volumus, donec de transgreſſione hujusmodi Nobis emendam fecerit ſufficientem.

VI.

Licet Archiepiſcopus in Subditos Suffraganeorum ſuorum, exceptis quibusdam caſibus in jure expreſſis, nullam prorſus habeat poteſtatem; nonnulli tamen veſtrum, per ſimplicem juris ignorantiam, conſuetudinem oneroſam, in noſtrae jurisdictionis & honoris non modicam derogationem, & omnium veſtrum quoque praejudicium, inducere minus provide praeſumentes, ipſius Domini ArchiEpiſcopi, & judicum ſuorum delegationem paſſim ſuſcipiunt, praecepta exequuntur, & in cauſis per appellationem ad eos devolutis, teſtimonium ferunt, contra Praedeceſſorum noſtrorum Statuta ſuper eo in *Synodis*, quas celebraverunt, promulgata. Ne igitur ex hujusmodi conſuetudine ſubreptitia quisquam de jurisdictione noſtra inpoſterum ſibi contra

Statuta

Statuta Canonum quicquam vendicet vel usurpet, vobis universis, & singulariter singulis mandamus in virtute sancte obedientiae, & sub poena excommunicationis latae sententiae, quatenus deinceps nullus vestrum Domini Archiepiscopi Moguntini, seu judicum suorum praedictorum mandata, seu praecepta aliquatenus exequatur, seu mandatis & praeceptis eorum obediat vel intendat, exceptis dumtaxat casibus infra scriptis.

Casus autem, in quibus Archiepiscopus jurisdictionem in Subditos Suffraganeorum suorum habet, sunt hi:

1. Cum deviatur in divinis Officiis a consuetudine Metropolitanae Ecclesiee, nisi contraria consuetudo, & rationabilis obviet ex adverso.

2. Si Subditus delinquit in ejus Dioecesi, aut habet domicilium in ea.

3. Si Causa deferatur ad eum per appellationem; aut cum absolutus ab Archi-Episcopo, non vult parere Episcopo, videlicet: postquam Subditus de injusta excommunicatione de Episcopo suo conquerens, fuit ab Archiepiscopo Canonice absolutus, Episcopo super eo, de quo fuit excommunicatus, satisfacere contempserit, extunc Archiepiscopus potest ipsum Subditum Episcopi in pristinas excommunicationis sententias reintrudere.

4. Si causa triennalis est inter Episcopum & Clericum suum, tunc causa illa debet deduci *in Synodo, in qua praeest Archi-Episcopus.*

5. Si Clericus habet civilem causam contra Archi-Episcopum suum.

6. Quando Canonici, absque manifesta & rationabili Causa cessaverunt a Divinis maxime in contemptum Episcopi, tunc Metropolitanus ad querelam ipsius, tanquam a Sede Apostolica super hoc delegatus, cognita veritate, ipsos poterit castigare.

7. Quando Episcopus est negligens in eo, quod per se facere deberet, hoc est videlicet: quando Metropolitanus constituit Oeconomos, quos Episcopus neglexerit habere in sua Ecclesia; Oeonomus autem dicitur, cui res gubernandae mandantur.

8. Si aliquis conqueratur Superiori de injusta Sententia excommunicationis, & appelletur post excommunicationem, praestita cautione de stando mandatis Ecclesiae, est in optione Superioris, an velit absolvere eum, an remittere eum ad absolvendum ad eum, a quo appellavit, praemissa tamen cognitione, quod ex justa Causa appellatum & ex vera, alioquin non transfertur jurisdictio ad Archiepiscopum, nec ipsum absolvere posset; si vero non appellavit, sed per simplicem querelam ipsum adivit, debet eum remittere ad inferiorem, ut ipsum absolvat:

vat: & si inferior ipsum absolvere nolit, Archiepiscopus eum absolvat, & si periculum esset in mora propter hujusmodi remissionem, statim eum absolvat. Si quis proponat post appellationem legitime interpositam se excommunicatione fuisse innodatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem fuisse patenter expressum; in causis istis primo admittitur probatio, ut appareat, an absolvi debeat, an denuntiari non ligatus? si autem in istis casibus absolutio impendi petitur ad cautelam, necesse habet appellans probare primitus appellatum intra decendium, quamvis adhuc de veritate causae non constet.

9. Qui conqueritur coram Superiore excommunicantis, se irrationabiliter excommunicationi vel interdicto suppositum, & offert se ad justitiam de his, pro quibus Sententiam ipsam accepit; Superior periculo imminente, ne in excommunicatione decedat, poterit absolvere, non obstante appellatione illius, qui ipsum excommunicavit.

VII. *De Poenitentia.*

Sunt nonnulli Sacerdotes, tanta simplicitate seducti, quod in casibus poenitentes ad introducendum dumtaxat in Coena Domini ad Nos transmittant, credentes: quod ad absolutionem illorum Casuum sola introductio, sine Confessione Nobis, seu Poeni-

tentiariis noſtris facienda ſufficiat tunc eisdem; quorum quidem talium Sacerdotum Simplicitatem, quod ad hoc, valde reprehenſibilem judicamus, ſtatuentes & mandantes vobis univerſis & ſingulis, ut taliter poenitentibus, in confeſſionibus vobis fiendis, ſpecialiter injungatis: ut tales caſus, antequam introducantur, Nobis, ſeu Poenitentiariis noſtris detegant confitendo, ut abſolutionis Beneficium conſequantur. Datum *Herbipoli* in *Synodo* Anno MCCCXXX. Menſe Martio.

Ex Schedis P. Joannis Gamans. Soc. Jeſu. Juliacenſis ex Newenaar mortui 1684. Aſchaffenburgi deſcripſit Cl. Schannat. b. m.

SECTIO

SECTIO II.

DOCVMENTVM X.

EPISCOPI OTTONIS EPISCOPALIS SANCTIO SEU STATUTUM DE REFORMATIONE ECCLESIASTICORUM JUDICIORUM ECCLESIAE HERBIP. DE MCCCXLII. *

In Dei nomine amen. Otto &c. ad perpetuam rei Memoriam paſtoralis officii noſtri remediis invigilat ſubditorum, quia dum eorum excutimus onera, dumque ſcandala removentur ab ipſis, nos in eorum quiete quieſcimus, & fovemus in pace; abuſionibus itaque verſatis ac verſutiis abuſivis, quas in eccleſiaſticis Judiciis Eccleſiae noſtrae nonnullae Perſonae quaſi azephale ſive Juris ac diſcretionis ignarae in ſuis ibidem practicis procurationibus

---

* Inuenitur in Manuſcripto, quod aſſeruatur in Bibliotheca Ebracenſi.

bus seu Negotiis tam suo quam aliorum nomine clandestine ac alias multiphariam & astute exercentur, ut simplices decipiant, & pecuniam subtili ijmo fallaci ingenio extorqueant ab eisdem, cum id cedat in gravem divinae Majestatis offensam opprobriosam hujusmodi Judiciorum infamiam & perniciosum Scandalum ac Dispendium plurimorum viam, prout nobis est possibile, praecludere salubriter cupientes de consilio & collaudatione Dilectorum in Xlo Praelatorum & Capituli ejusdem Ecclesiae praesenti Constitutione sancimus, quod nullus ibidem de caetero praesumat, judicare nec quisquam ad hujusmodi judicandi officium sive actus quomodo libet admittatur vel in his etiam toleretur a quoquam, sed ab omnibus refutetur, nisi per dilectos in Xto Praepositum Archidiaconos in Ecclesia nostra pro tunc residentes seu praesentes nec non officiales Curiae nostrae Herbip. pro tempore extantes nostros in his & sequentibus Commissarios vel per eos, quos iidem Praepositus & Archi-Diaconi ac hujusmodi Curiae officiales duxerint deputandos, ad hoc ydoneus, ut revera habens Jurisprudentiam saltem competentem seu causarum experientiam legitime fuerit approbatus. §. item quod hujusmodi judices & officiales suis judiciis praesideant Locis & temporibus debitis & consuetis nec *permittant* Juris ignaros seu Causarum Exercitium non habentes ut Patronos Causarum in Consistoriis in judiciis coram

eis

eis proponere actiones aut Libellos seu petitiones aut alia acta judiciaria praesertim ad officium Advocatorum expertorum in Jure spectantia conficere ac deducere coram ipsis, talia quoque apud sua acta non redigent seu sigillent seu sic redigi vel sigillari permittant, nisi alicujus juristae pro advocato Curiae nostrae Herbip. approbati ac admissi signo noto cereo sint signata, ne periculose sic causae laedantur, partes seducantur, judicia confundantur, ac dampna & scandala generentur deinceps ut hactenus per tempora saepius miserabiliter sua contigit, in praemissis: item ne ex officio hujusmodi Judicum seu Archi Diaconorum vel Officialium & Commissariorum suorum contra Personam sibi subditam in Synodo accusatam vel alias publice infamatam super omnibus, prout jus permiserit, procedatur, videlicet ut infamia Criminis prius rite probata aliasve patente ac bona fama ipsius infamatae Personae in hac parte plenius in contrarium legitime non probata tunc demum veritas criminis legitime requiratur seu Canonice desuper procedatur hoc cum salvo, quod legitimae defensiones Personarum, contra quas sic proceditur sui quoque Juristae seu Causidici ac Procuratores pro eis absque omni contradictione indignatione vel rancore benevole & efficaciter, prout jus exigit, admittantur. Item nullus ipsorum Judicum suorumve officialium seu Commissariorum

prae-

praeſumat de caetero per ſe ſeu per ſuum Pedellum, vel etiam perſonam quamcunque citare vel monere aut alias quomodolibet requirere clandeſtine ſeu ſecrete feminam vel marem Jurisdictionis ſuae, ut ſe cum ipſo Judice ſuove Commiſſario in hac parte occaſione accuſationis aut inquiſitionis vel Denuntiationis aut delationis ſeu diffamationis ipſius ſubditae perſonae ſuper Adulterio ſeu fornicatione, ſeu alio crimine quoviscunque expediat vel componat aut pecuniam hujusmodi exquiſita iniquitate extorquere vel recipere aut fieri id permittere ullo modo, prout nobis ſeu hactenus in plerisque perſonis & locis noſtrae *Dioceſis* haec facta fuiſſe non ſine grandi diſpendio ſubditorum noſtrorum & plurimorum ſcandalo eſt delatum. §. ipſi autem Judices principales ſuique officiales ſeu Commiſſarii taliter ut praefertur excedere non praeſumant vel talia de caetero a quoquam fieri nullo modo permittant. Nam revera foret pernitioſum exemplum, ſi contra perſonas ſibi ſubditas publice infamatas duntaxat ſuper criminibus ad forum ſeu judicium ſuum ſpectantibus publice & legitime ſecundum juris permiſſionem procedant, & ſi de occultis & non famoſis ſeu non publicis nec manifeſtis Criminibus ad forum poenitentiale *Plebanorum* ſeu *confeſſariorum* eccleſiaſticorum duntaxat pertinentibus deinceps ullatenus intromittant, quicunque autem Pedellus vel alia perſona

ſona quocunque nomine ſeu ex parte hujusmodi Judicum ſeu officialium aut motu proprio ſeu ſui ipſius nomine vel alio quocunque quaeſito colore aut modo confitetur ſponte vel alias rite convincitur taliter exceſſiſſe, hujusmodi perſona excedens, protinus ab ipſo absque gratia extra Civitatem & *Diocesin Herbip. aut Ducatum Franconie* Eccleſiae noſtrae perpetuo relegari debebit, ſua quoque bona quaecunque, & ubicunque conſiſtentia pro Mulcta ſeu ſolutione Mulctae ſeu poenae centum librarum hallenſium nobis & Eccleſiae noſtrae facienda propterea confiſcari debebunt. §. item nullus ipſorum Judicum ſuorumve officialium contra ullam perſonam ſibi ſubditam occaſione delicti praeſertim pecuniarij, quod in alio Judicio Eccleſiaſtico aut ſeculari vel judicialiter perpetraſſe cenſetur, procedere de caetero quovis modo debebit. §. Item ſola pecuniaria poena ſine *ſpirituali penitentia* ſive emenda occaſione emendationis criminis commiſſi & confeſſati ſeu alias legitime probati nemini per ipſos Judices vel ſuos officiales aut Commiſſarios in hac parte de coetero imponatur. §. Item in recipienda expurgatione Perſonarum infamatarum ſuper criminibus ſecundum qualitatem Perſonarum & criminum hujusmodi mitius ſine rigore Juris de caetero procedatur, ita tamen quod Perſona ſe expurgare debens ad majus cum duabus Perſonis idoneis ſe expurget. §. Item nullus dictorum Judicum ſeu Officialium vel Notariorum ſeu Sigilli

fero-

ſerorum recipiat vel regiſtrari ſeu ſigillari faciat ſive pro chriſtiana Perſona maxime ignota vel in hac parte ſuſpecta ſive pro judajca Perſona quamviscunque confeſſionem cujuscunque Debitoris vel fidejuſſoris ſuper debito pecuniario niſi Judicibus vel Advocatis aut Procuratoribus ſeu Notariis vel Nuntiis ſuis juratis aut ex teſtimonio ſaltem unius fide digni vicini vel habentis notitiam confitentis hujusmodi innoteſcat, quod ipſe confitens ſit ille & talis debitor ſeu fidejuſſor, quem ſe nominat coram ipſo, ſaepe enim repertum eſt, fraudem in hac parte commiſſam aut Periculum chriſticolis ſic illatum. §. Quaecunque autem Perſona fraudem commiſerit in hac parte & de hac confeſſa vel convicta fuerit, ut eſt Juris hujusmodi, fraudulenta perſona ſine gratia absque mora praelibatam relegationis nec non etiam centum Markarum argenti ac etiam confiſcationis Bonorum pro eisdem centum Marcis nobis & Eccleſiae noſtrae quantocius perſolvendis poenam irremiſibilem eo ipſo incurrat. §. Item ne execrabilis Pravitas aut Vorago uſurarum inſerpat in confeſſionibus judicialibus & extrajudicialibus debitorum & fidejuſſorum non debet opponi vel recipi aut admitti per praefatos Judices ſuosve officiales ſeu in hac parte Commiſſarios ſtipulatio ſeu adjectio paenae pecuniariae accreſcentis ſeu debentis accreſcere ſorti ſeu principali debito confeſſato. §. Inſuper inhibendo ſancimus, ne Praepoſitus vel Archi-Diaconi praedicti

ſuive

ſuive officiales ſuper ſpolia Ecclesiarum ſeu Eccleſiaſticarum Perſonarum noſtrae Civitatis vel Diocesis ratione Statutorum vel Concilij metropolitani mogunt. vel Synodalium Epiſcopalium dare facereque praeſumant, ſed hujusmodi Litterae ne Proceſſus a nobis ſeu loci Dioceſano pro tempore extante vel noſtro ſeu ejus officiali duntaxat impetrari debebunt; alia ab aliis Judicibus impetrata carere viribus decernuntur. §. Item Suſpenſionum & Excommunicationum & ſpecialiter inhibitionum Sepulturae ac interdictorum Eccleſiaſticorum Sententiae & Litterae per dictos Judices ſeu eorum officiales ſive Commiſſarios debent fieri ſub debita Juris forma nec non debitis & ab antiquo conſuetis temporum intervallis, ita videlicet quod inter unam & aliam ſcilicet inter praecedentem antea utique intimatam & inter ſubſequentem recipiendam ac etiam intimandam ſit ad minus quindenae intervalli lapſus. §. Item hujusmodi Proceſſuum Litterae per Plebanos ſeu viceplebanos vel capellanos prout oportunum fuerit in ambonibus Eccleſiarum diebus dominicis & feſtivis duntaxat in audientia Plebis ſeu Populi publicari ſeu publice intimari de caetero ut ab antiquo debebunt. §. Item hujusmodi Proceſſuum Litterae aliaque Acta judiciaria & maxime interlocutoriae & definitivae Sententiae in Pergamento & non in Papiro utique debet ſcribi, ſigilla quoque eis appendi, ut etiam Si-

gilla executorum citationum & contumaciarum aliarumque aggravationum Litteris dictorum Judiciorum in signum Executionis earum valeant eo appendi. §. Item nullus Judicum seu officialium vel Notariorum vel sigilliferorum hujusmodi Judiciorum Ecclesiasticorum per se alium vel alios publice vel occulte directe vel indirecte ab antiquo debita & consueta sallaria Litterarum Actorum seu Processuum judicialium quorumcunque Procuratoribus seu Nunciis hujusmodi Judiciorum recipientibus eosdem in toto vel in parte remittat, sed ex toto exigat ac recipiat ab eisdem, quod etiam hujusmodi officiales & notarii & sigilliferi tam Praepositi & Archidiaconorum quam Curiae pradictorum omnes & singuli praesentes & futuri ipsis Praeposito & Archi-Diaconis seu eorum Commissariis in hac parte & Officialibus dictae Curiae pro tempore extantibus promittere ac jurare debebunt, nisi hujusmodi Remissionem partis seu partium notabilis seu evidens egestas paupertatis exposcat, namque ut Experientia detexit, nonnulli Procuratorum & Nunciorum Judiciorum hujusmodi sallariorum quandoque in toto, quandoque vero in parte videlicet in media plerumque in tertia vel citeriori remissionem fieri non in relevamen partis actricis vel reae, sed ipsorum Judicum sive officialium seu Notariorum Detrimentum & in ipsorum proprium revera *reprobum* emolumentum nec non aliis occasionibus

nibus ad praeſens ſilentio committendis procurare nephanda verſutia conſueverunt. Praeterea ex diutina ſeu frequenti carentia divinorum ſeu ſubtractione eccleſiaſticorum Sacramentorum & ſacramentalium indevotiones populorum ſeu plebium uſquequoque excreſcant, & periculo animarum inſurgant, ac Eccleſiis ſine culpa earum obſequia debita ſubtrahantur, provida deliberatione praehabita ſtatuendo ſancimus, quod Inhibitio ſepulturae vel Interdictum eccleſiaſticum generale per totam Parochiam, habentem videlicet Eccleſiam ſeu Eccleſias filiales, in cauſis pecuniariis & inter ſeculares perſonas auctoritate hujusmodi Judiciorum ordinaria promulgetur nequaquam, ſed cum per Excommunicationis ejusque aggravationum & inhibitionis ſepulturae ac Interdicti eccleſiaſtici ſpecialis ſententias atque poenas in Eccleſiae Villae ſeu loci duntaxat, ubi perſona excommunicata, in hujus contumaciae poenam ſic proceditur, domicilium habet vel reſidet ſeu moratur, vel ſin in villa ſeu loco hujusmodi Eccleſia non eſt ſita, tunc per inhibitionem ſepulturae ac Interdictum eccleſiaſticum ſpeciale quoad incolas ipſius villae ſeu loci duntaxat, ubi perſona contumax domicilium habet vel reſidet aut moratur, ut inferius etiam plenius continetur, canonice procedatur, ubi namque Parochia Eccleſiam unam tantum nec plures villas habet, ubi in cauſis pecuniariis & inter Perſonas ſeculares eccleſiaſticum interdictum ſuo

modo & tempore uti hactenus poni poteſt. §. Si vero in Parochia ſunt multae aut plures villae ſive Loca populoſa, & tantum una eſt Eccleſia, ibi inter perſonas ſeculares et in cauſis pecuniariis inhibitio ſepulturae & interdictum eccleſiaſticum, quoad incolas ipſius Villae ſeu loci duntaxat, ubi perſona contumax domicilium habet, vel reſidet aut moratur, auctoritate dictorum Judicum ordinaria canonice poni poteſt §. Hujusmodi quoque ſtatuti ſalubris Ordinatio quoad inhibitionem ſepulturae ac Interdicti Eccleſiaſtici ſcilicet in Eccleſia parochiali Matrice etiam in Eccleſia filiali curata, etiam habente ſub ſe populos ſeu plebes plurium villarum ſeu locorum procedere ſervarique debebit, cum eadem ſit ratio utrobique, cumque id ad *Inſtantiam* agentium pro pecuniis decluſis vel deportatis factum fore ſaepiſſime ſit compertum, nihilominus tamen nos noſtrique Succeſſores Epiſcopi Herbip. ſi deſuper fuerimus requiſiti, contra ipſos excommunicatos in poenam ſuae contumaciae per proſcriptionis Sententiam atque poenam, ac etiam alias, prout jus etiam conſuetudinarium terrae Frankonicae in hac parte permittit, utique procedere volumus & debemus. §. Si autem nos vel Succeſſores Epiſcopi Herbip. in hujusmodi cauſis pecuniariis quibuscunque, & inter ſeculares perſonas quascunque in proſcribendo, aliasve ut premittitur procedendo negligentes fuerimus

vel

vel remissi, tunc ipsi Praepositus & Archidiaconi suique ac dictae Curiae Officiales inter easdem personas & in eisdem causis, in quibus in hac parte, ut praefertur, negligentes fuerimus, vel remissi duntaxat procedere poterunt ut antea ab antiquo. §. Insuper statuimus sanciendo, quod quaelibet partium litigantium in dictis Judiciis debet adventum partis absentis adversae usque in finem Judicii exspectare, quia secundum Jura venisse non dicitur, qui non stetit. §. Item cum Patronati seu Advocati Causarum, quos volumus esse peritos, seu expertos in Jure, pro clientulis judiciales faciant libellos seu petitiones, exceptiones aliosque actus seu processus in causis, in quibus talia fuerint facienda, ne partes in causis suis per imperitos de caetero, ut hoc saepius hactenus periclitari contingat. Item clientuli & testes a nemine informentur videlicet ponere vel respondere aut testificari quomodolibet falsitatem. §. Item procuratores non confiteantur, nec inficientur sive negent in jure, quod contra eorum Dominos propositum fuerit in Judicio, nisi id prius de Mandato ipsorum Dominorum expresse processerit speciali, quia ex hujusmodi indiscretis subornationibus seu informationibus causae multotiens *vulnerantur* & pericula animarum insurgunt. §. Item Advocati seu procuratores in praetactis Judiciis litigantes ad appellandum a sententiis sive interlocutoriis sive diffinitivis

 indu-

inducere non praesumant, nisi causa rationabilis & probabilis id exposcat. §. Item volumus statuendo, quod certi fide digni legales & jurati Procuratores & nunty hujusmodi Judiciorum generales & communes & non partiales sed fideles aequaliter tam ipsis Judiciis quam partibus seu litigantibus ibidem & ad haec sub fidelitatis Juramento astricti ab ipsis Praeposito & Archidiaconis pro tunc residentibus seu praesentibus ibidem seu eorum Commissariis in hac parte nec non Officiatis Curiae, de quibus praedicitur, deputari debebunt. §. Ipsi autem Nuntii de coetero pixides de Clypeo Ecclesiae nostrae deferant evidenter, cum ipsi litteras sibi commissas ad loca sua personaliter deferendo, ut tenentur, praesentant. §. Quoties autem hujusmodi Judicum vel officialium citationis Executio vel intimatio nuntij fuerit retardata, quod Persona citanda seu ejus responsalis in termino citationis propter propinquitatem ipsius termini considerata quidem longitudine seu distantia loci computando videlicet saltem ad minus duo milliaria pro quolibet die inter intimationem & terminum citationis non poterit commode comparere tunc hujusmodi citatio per Plebanum seu alium cum *directa* fuerit, mandari executioni non debet, persona quoque citata tunc non comparebit. §. Si quis autem, praedictorum jurare, ut premittitur, debentium neglexerit

vel

vel recuſarit, jurare idem negligens vel recuſans ad quodcunque officiorum ſive actus officiorum hujusmodi nullatenus admittatur, nec non etiam admiſſus ab iisdem officiis & actibus protinus repellatur, neque etiam in his quomodolibet toleretur. §. Si vero juraverunt, ut praefertur, & contra Juramentum hujusmodi fecerunt in praemiſſis vel aliquo praemiſſorum, ut infames quidem a legitimis praeſertim judicialibus actibus repellantur, & nihilominus etiam alias, prout jus permiſerit, acrius percellantur. §. Et ſpecialiter quicunque Procuratorum ſeu Nuntiorum praelibatorum ſuper praemiſſorum eos contingentium obſervantia jurare debentium, contra praemiſſa vel aliquod praemiſſorum fecerit vel venerit, quamcunque dein ſine gratia acque mora praelibatam relegationis nec non etiam centum Librarum Haller. ac etiam confiſcationis bonorum pro eisdem Hallenſibus nobis & Eccleſiae noſtrae quantocius perſolvendis poenam irremiſibilem eo ipſo incurret. Porro contra non ſervantes praemiſſa ſeu aliquod eorundem tanquam revera transgreſſos hujusmodi Conſtitutionis, & Sanctionis canonicae ac Epiſcopalis in hoc quidem mortaliter delinquentes ſecundum Juris permiſſionem utique procedemus. Datum Herbip. Anno Dni M° CCC°XLIJ.[1]

Id: Junij Pontificatus noſtri Anno VIIJ°

Forma Juramenti Officialium, Notariorum & Sigilliferorum Judiciorum ecclesiasticorum Ecclesiae Herbipolensis.

In Nomine Domini amen. Tales jurabunt, non remittere in toto vel in parte absque Vara seu fraude Procuratoribus vel nuntiis dictorum Judiciorum recipientibus Litteras seu processus judiciales ipsorum Sallaria ab antiquo debita & consueta, nisi secundum permissionem episcopalis statuti nuper editi super eo. §. Item quod non recipiant verbo vel scripto confessionem debitoribus vel fidejussoribus pro Persona Christiana vel Judaica nisi secundum Tenorem praeallegati statuti. §. Item quod non recipiant nec admittant in confessionibus hujusmodi stipulationem vel adjectionem poenae pecuniariae, prout in eodem continetur statuto. §. Item quod hujusmodi *Confirmationes* non recipiant feriatis diebus, cum etiam non valeant ipso Jure. §. Item quod Suspensio sive excommunicatio seu earum aggravationes ratione recepti judicialis super debito confessato in Jure post annum a tempore praecepti hujusmodi numerandum non fiant, nisi hujusmodi confitentes antea desuper monendo vel citando legitime requirantur. §. Item quod ipsi Officiales eorum Tabelliones seu Notarii & Sigilliferi originalia causarum sine vara diligenter observent. §. Item quod per se alium aut alios publice vel occulte, directe vel indirecte precibus vel muneribus

ribus seu Sallariis, vel alias absque Vara seu fraude non judicant hujusmodi Jurisdictionis suae subditos vel alias qualescunque personas ad recipiendum Litteras seu Processus judiciales sive ad legitimandum in suis consistoriis seu judiciis supra tactis sed permittant quamlibet personam, ubi sibi ipsi placuerit, dictas Litteras libere acceptare, seu facere acceptari ac judicialiter litigare. §. Item quod Libellos ac Petitiones, Exceptiones, replicationes aliosque actus seu processus judiciales seu inter partes litigantes sive in Judiciis hujusmodi pro defensione seu prosecutione Jurium, ipsarum partium concipiendos seu formandos non registrent, judicialiter non sigillent, neque fieri id permittant, nisi hujusmodi concepta seu formata per approbatum Advocatum Jurisperitum seu expertum & per solitum Signum suum *signaverint*, ne causas de caetero, ut hactenus heu per imperitos multiplicari contingat. §. Item quod observent & observari faciant absque Vara seu fraude fideliter cum effectu omnia & singula eos contingentia praelati Statuti.

Forma Juramenti Procuratorum dictorum Judiciorum.

Tales jurabunt negotium hujusmodi procuratitium fideliter & legaliter agere absque fraude nec aliquid pro Dominis suis vel contra eos facere vel negare in jure, nisi eis a Dominis suis fuerit id com-

miſſum, ſeu ab ipſis Dominis fuerint deſuper *informati.* §. Item quod per ſe alium vel alios *publice* vel pacto verbaliter & realiter directe aut indirecte, publice vel occulte ſeu alias quovis modo & absque omni Vara ſeu fraude non judicent nec informent quamcunque perſonam ad recipiendum Litteras ſeu Proceſſus, de quibus praedicitur vel ad litigandum in judicio Curiae Herbip. & non Archidiaconorum ibidem, vel e converſo in Judicio archidiaconali & non Curiae praelibatae, nec *permittant* quamlibet perſonam cui placuerit, libere dictas Litteras acceptare ſeu facere acceptari ac judicialiter litigare, nec partem vel teſtem ſubornent vel informent de falſo necque ipſi preſertim ſcienter in *figura* judicii reſpondeant falſitatem. §. Item quod non intromittant ſe de officio vel Sallario vel mercede in toto vel in parte mediate vel immediate absque Vara ſeu fraude videlicet *Nuntiationis* ſeu delationis Litterarum ſeu Proceſſuum hujusmodi quarum ſeu quorum Nuntii ſeu Delatores *campeſtres* efficaciter non exiſtunt, ſed permittant ipſos nuncios ſive partim conſpiratos ſive ipſorum Judiciorum publicos juratos cum Pixide de Clipeo Eccleſiae Herbip. incedentes perſonaliter per loca hujusmodi Litteras ac Proceſſus deferre, nec non pretia ſeu mercedes percipere de eisdem, cum ſingula officia ſint ſingulis committenda perſonis, cumque noſtris Eccleſiae Civitatis & Dioceſis ſuisque in-

colis

colis nota Infamiae, Jactura, dispendia nuncii hujusmodi Judiciorum verbales dumtaxat suis actibus cursitandi, sed non absque Sallariis seu Mercedibus, ut plurimum integris in hac parte heu hactenus irrogarint. §. Item quod alia etiam absque alia vara seu fraude faciant seu observent, quae de ipsis procuratoribus in praelibato continentur statuto.

Forma Juramenti Nuntiorum praedictorum Judiciorum.

Tales jurabunt fideliter & legaliter absque vara seu fraude hujusmodi officium pro posse se agere adimplere nec non Litteras & Processus hujusmodi sibi commissos ad Loca deputata personaliter deferre, seu deferri saltem per alium Juratum nuncium facere cum effectu, prout opportunum fuerit absque vara. §. Item quod ipsi Litteras seu Processus hujusmodi in executione seu publicatione sua neglectos seu retardatos executionem mandari seu publicari non faciant nec permittant, sed eas seu eos, si culpabiles fuerint, in hac parte faciant suis expensis & laboribus renovari. §. Item quod ipsi Nuncii hujusmodi Litteras ac Processus publicandos ad Plebanos seu alios Executores eorum deferrant loco & tempore oportunis in Ambonibus Ecclesiarum coram populo seu plebe publice intimandos & saltem transumtum hujusmodi Litterarum seu Processuum propterea apud

eos

eos permittant, proviſo tamen, quod citatus ſeu citandus a die ſive tempore intimatae citationis uſque ad terminum citationis ſemper pro duobus miliaribus habeat unum diem ad minus & quod inter *contumaciam* ſeu ſuſpenſionem & Excommunicationem antea intimatam & inter ejus aggravationem ſubſequentem etiam intimandam ſit ad minus intervallum quindenae. Idem quoque fiat ſubinde inter aggravationem & aggravatos ſuo tempore atque loco alioquin hujusmodi Litterae ſeu Proceſſus publicari non debent, prout etiam in praedicto continetur ſtatuto. §. Item quod ipſi per ſe alium vel alios &c. ut ſupra de procuratoribus eſt in hac parte expreſſum. §. Item quod ipſi nuntii fideliter & absque vara ſeu fraude faciant, & obſervent omnia alia de ipſis in ſtatuto praelibato contenta. §. Sic quoque Procuratores & nuntii praetacti erunt generales & communes & non partiales ſed fideles & jurati Judiciorum praedictorum. §. Item quod dicti Nuntii absque juramento promittant in itinere nuntiandi non ludere pro pecunia quovis modo &c.

II. Ab-

II. Abschnitt.
XI. Stück.

Herbstverordnung,
welche in der Mitte des 14ten Jahrhunderts zu Wirzburg verkündet worden.

Diese Verordnung findet sich in der Bibliothek zu Ebrach in einer von Michaele a Leone * um diese Zeit gefertigten Urkundensammlung unter dem Titel:

De Episcopalibus Statutis debitis & consuetis annis singulis ante & prope Vindemiam & Eynungam ad populum congregandum in Civitate Herbip. in Episcopali domo seu pallatio publicandis.

Unser Herr der hat euch alle gemeiniglich arme und rich heruff hezzen kummen, als gewonlich ist zu tun alle jar zu den Herbst, daz ihr horet die Setz und Gebot,

* Dieser Michael von Löw (ein in der Wirzburger Geschichte öfters vorkommender Name) war Canonicus und Scholasticus in dem Kollegiatstifte zum neuen Münster in Wirzburg und Protonotarius bey zwoen auf einander folgenden Bischöfen Otto II. von Wolfskehl, dann Albert, welche resp. von 1335 — 1345. regiert haben.

bot, die man euch hie verkundt und auch behalt, daz yeman davon zu schaden kume §. zu dem ersten Gebut er daz nyemand lese on laube es si vor der Eynung oder darnach, swer daz bricht, der gyt unsern Herrn zu Besserung die alten Butzze, daz sint zehen pfund pfindigen Pfennige.

Swer winwachs hat, herbracht mit Hauen und mit Hezzen, der soll daß lesen on alle irrsal, es si dann ein ander daruf gewiſt mit recht vor Gerichte.

§. Swer auch miſt ſtein oder Holß hat ligen in der Gaſſen, da die wegen in der Herbſt von geirret mugen werden, der ſoll daß uß und dannen furen in trien Tägen. Swer dez nicht entut der gyt sechzig Pfenninge.

§. Swer auch in den Gazſen wieſentlich Dungſel oder Gruben hat, davon die Wegen mogen ſchaden nehmen, die ſoll er auch inwendig trien Tägen bey der vorgenannten Pen füllen und beſchütten.

§. Es ſoll auch ein jeglich Hüter hüten in jeglicher Laub alle tiwill daß trie darinnen zu leſen haben, Swelch diß nicht entut als dick er daß brichet als dick gibt er ſechzig Pfennige.

§. Es ſollen auch die Zehntner und die Hüter, und auch der Gerichts Knecht warten der ſtupfler die auch verbotten ſind und verbutet alle jar ſtrenglichen. Swer auch daran erwiſcht wird, der gibt fünf Schilling

ling pfenning, hat er der nicht, so soll man ihn dafür Villen und Scheren, und soll den Stupfelwin tragen in unsers Herrn Buttig Cell. Swer auch Stupfelbeere oder Stupfelwin kaufet oder stupfler heltet oder huset, der gyt unsern Herrn ein Pfund pfenning und soll die Statt raumen ein jar, deß sollen die Hüter warten, wird der Hüter daran bußendig, so soll er dieselben Buß liden.

§. Swelche Wingartmann on dez Herrn wissen dehin Beer heim tregt oder heim zechet getragen, der gyt jevon dem Krecken oder Heugeln sechzig pfenninge.

§. Es soll auch ein jeglicher dem man winwachs hat behütet, den Hütern ihren Lohn geben in acht Tagen darnach als er daz abgeliset, Swer daß nicht entut, der gyt in zur Buzze zehen Schillig Pfenninge mit dem Lohn, die soll ihm helfen fordern der Hof Schultheiz. ez verbut auch unser vorgenannter Herr Hezzer in dem winwachs si ritten oder gen; Swen man aber darinn fund Hezzen der gyt unsern Herrn ein Pfund pfenninge on die buzze die vor alter darüber gesezet ist.

§. Swer Vieh triebt anders dan für den rechten Hirten, der soll geben von der Kuwe sechzig pfenning, und von dem Barch ein Schilling Pfenning, von dem Schaf einen Schilling und von der Geiz einen Schilling und Swaz Viehes man zu den trittenmahl begriffet, beyde an den Feld oder in dem Winwachs,

daz

daz soll man trieben in Unsers Herrn Kuchen als von alter recht ist. §. Swer aber spricht, daz er sulle haben einen sunderlichen Hirten, der soll daz fürbringen als recht ist. Tet er dez nicht, so gyt er die vorgenannt Buz, // es verbut auch unser vorgenannt Herr, daz nimand kein Win eichen soll mit Butren Kübeln, Gelten oder andern Geschirren im Feld oder in der Statt heimlich oder offentlich dan mit der rechten Ame und mit dem geschwornen Ycher, wer daz brichet, der gibt von einem Eymer ein pfund pfenning zu Buse, daß wisse sich yderman nach zu richten.

SECTIO

SECTIO II.

DOCVMENTVM XII.

EPISCOPI ALBERTI STATUTUM SUPER REMEDIIS ANIMARUM DICTIS Seelgerette. *

In Nomine Domini amen.

Albertus &c. ad rei memoriam ſempiternam. Ad noſtrum multorum fide digna relatio deduxit auditum, quod nonnulli haeredes ſeu fidecommiſſarii defunctorum in Civitate noſtra Herbip. & Suburbiis ejusdem ac in nonnullis locis noſtrae Diocefis Rectoribus ſeu Plebanis Eccleſiarum parochialium ibidem remedium animarum Selgeret vulgariter nuncupatum, quod pro Remedio animarum ipſorum defunctorum eisdem Rectoribus ſeu Plebanis ab heredibus ſeu fidecommiſſariis eorundem defunctorum dari ac ſolvi ibidem ab antiquo conſuevit, in ſuae ſalutis periculum & ipſarum parochialium Eccleſiarum grande diſpendium, licet eos nullus defectus bonorum ab ipſis defunctis relictorum excuſet, dare ſeu ſolvere contradicant. §. Nos igitur ex noſtri paſtoralis officii debito animarum eorundem

* Legitur in Manuſcripto LEONIS in Bibliotheca Ebracenſi.

dem ac omnium aliorum nobis ſubjectorum periculis nec non praedictarum & aliarum noſtrae Diöceſis parochialium Eccleſiarum in locis, in quibus praefata conſuetudo etiam ab antiquo noſcitur obſervata, conſiſtentium diſpendiis obviare deſiderabiliter affectantes matura & conſulta deliberatione, Conſilio Praelatorum & Capituli Eccleſiae noſtrae praehabitis conſuetudinem praedictam ex devotione fidelium introductam piam & laudabilem ac ſervandam fore auctoritete ordinaria declaramus, ipſamque conſuetudinem ab univerſis & ſingulis nobis ordinario Jure ſubjectis in locis, ubi eadem conſuetudo eſt ab antiquo ſervata, praeſenti ſtatuto decernimus, obſervandam eisdem noſtris ſubjectis in virtute ſanctae Obedientiae ac etiam ſub poena ſummae excommunicationis diſtricte praecipiendo mandantes, ut Rectoribus ſeu Plebanis Eccleſiarum parochialium in locis illis, ubi eadem conſuetudo, ut praemittitur, eſt ſervata, praetactum animarum remedium Selgeret vulgariter nuncupatum diverſae quidem Summae ecundum diverſitatem eorundem locorum, niſi eos defectus bonorum ab ipſis defunctis relictorum excuſet in antea pia devotione dare ſeu ſolvere non obmittant, alioquin contra ipſos non ſolventes gravius, prout jus permiſerit, procedi poterit utique & debebit. Datum &c. iſta tempore Domini Ottonis non emanarunt nec publicata fuerunt, propterea Succeſſor ejus Epiſcopus Herbip. praemiſſa innovavit.

SECTIO

SECTIO II.

DOCUMENTUM XIII.

INSTITUTIO ET PRIVILEGIATIO MATRICULAE SEU COLLEGII ADVOCATORUM SEU CAUSIDICORUM LITTERATORUM JURISTARUM ECCLESIAE.*

In Dei Nomine amen. Albertus &c. ad futuram & perpetuam rei memoriam ſempiternam. Cum juridicae Poſtulationis ſeu Advocationis officium ſit laudabile, vitaeque hominum neceſſarium, & deceat principalibus remunerationibus praemiari condigne tanquam revera officium clariſſimae dignitatis; Advocati etenim, qui dirimunt ambigua facta cauſarum ſuisque defenſionis juribus in rebus ſaepe publicis ac privatis lapſa erigunt, & reparant fatigata, non minus provident humano generi, quam ſi praeliis atque vulneribus parentes patriamque ſalvarent, nec enim ſoli illi romano imperio militare cenſentur, qui gladiis, clypeis & toracibus nituntur, ſed etiam ad-

* Ex eodem Libro Bibliothecae Ebracenſis,

advocati militant, namque Causarum Patroni, qui gloriosae vocis consisi munimine laborantium spem vitam posterosque defendunt, quinimo per ipsos mundus illustratus refulget, prout haec *Sacrae logos* testantur, & quia juxta ordinem universi in quolibet genere rerum tam naturalium quam artificialium habitudo requiritur ad sui status seu Corporis conservationem ordinata, ex his enim, quae inordinate sunt acta, nihil ordinabiliter agi potest, ymo talia confusionis disturbia evanescunt. Nos itaque merita virtutum praemia exigentia Advocatorum videlicet Curiae nostrae Herbip. quorum pura fidelitas & sincera devotio patrocinia & consilia seu obsequia grata continua & fructuosa nobis & Ecclesiae nostrae tam in capite quam in membris per tempora hactenus exhibuisse, & cottidie exhibere claris experimentorum indiciis noscitur evidenter, de quorum etiam consiliis & assistentiis nos singulariter *exultantes* animo confidenter praesumimus consolati, ex eo sub debita generositatis ubertate pensantes nec immerito provide attendentes matura quidem seu consulta desuper deliberatione nobiscum ac cum nostris & Ecclesiae nostrae fidelibus quam pluribus Juris & facti peritis praehabita saepius atque rite ordinatum Corpus sive Collegium Patronorum Causarum seu Advocatorum Curiae nostrae praedictae praesentium & futurorum, secundum utriusque Ju-

ris permiſſionem in Nomine Domini legitime & canonice in his ſcriptis creamus, inſtituimus, intytulamus, autorizamus, confirmamus, ac etiam approbamus una cum noſtra Eccleſia divina favente Clementia in laudem ipſius perpetim duraturam, omnesque communicantes libertates, praerogativas & privilegia atque Jura a Sacris Canonibus & legibus conceſſa ac in Juris Corpore expreſſa hujusmodi Advocatorum Corpori ſeu Collegio univerſisque & ſingulis perſonis, quae pro tempore fuerunt de Matricula hujusmodi advocatorum Corporis ſeu Collegii auctoritate noſtra tam eccleſiaſtica quam ſeculari ſpecialiter & favorabiliter innovando per praeſentes concedimus ac etiam indulgemus, ſuſcipientes nihilominus idem Corpus ſeu Collegium ipſiusque Perſonas praeſentes & futuras cum bonis ſuis tam eccleſiaſticis quam mundanis ſub noſtra & Eccleſiae noſtrae protectione & defenſione etiam ſpeciali: praeterea praeſentis & perpetuae Sanctionis Edicto ratificamus & gratificamus approbamus & confirmamus utraque auctoritate noſtra praedicta, omnes & ſingulas ordinationes, formas, & ſtatuta licitas & honeſtas inviolabiliter obſervandas, quas idem Collegium ſeu Corpus aut Magiſtratus ejusdem pro ſe ſeu inter Perſonas ejusdem Collegii pro legali ſeu pollicita ſui ſtatus ſiveConſervationis honeſtate,aut alias ex nunc vel in antea decreverit,quandolibetfaciendum, easdem: volu-

 mus

mus autem & firmiter inhibemus, nequis hujusmodi Advocatorum conſortio ſocietur, ſeu eorum Matriculae inſcribatur aut eſſe de praefato corpore, ſeu Collegio per noſtram Civitatem & Dioceſin Herbip. cenſeatur, niſi idem debite eruditorum Jurium inhaeſiſſe aut ſaltem peritiam cauſandi aut practicandi ex diutino Judiciorum uſu aut experientiam magiſtram rerum efficacem habere, praevia examinatione inventus nec non ydoneus conſpicuus & facundus taxatus ac admiſſus per Officialem Curiae noſtrae ac praedictum Collegium ſeu Magiſtratum ejusdem antea perſonaliter nobis vel Succeſſoribus noſtris pro tempore extantibus, aut Eccleſiae noſtrae cum vacaverit in ſpiritualibus Vicario nomine ipſius Epiſcopi tunc futuri, fidelitatis etiam pro Juribus noſtrae Eccleſiae conſervandis ſeu defendendis pro poſſe praeſtiterit debitum Juramentum: nec vero quicunque Juris peritus absque examine togatorum ſeu advocatorum coetui immiſceri aut conſiſtorium ingredi patrocinandi gratia ſine Judicis licentia frequentare debebit ſecundum legitimas ſanctiones. Inſuperque ſtatuimus & praeſentibus ordinamus irrefragibiliter perpetuo obſervandum, quod praedictum Corpus & Collegium, Perſonaeque ejusdem non debeant coram aliquo alio judice eccleſiaſtico vel ſeculari, apoſtolico tamen duntaxat excepto, quam coram nobis vel Succeſſoribus noſtris aut Officiali praedicto a

quibus-

quibuscunque personis ecclesiasticis locis vel collegiis, vel universitatibus ecclesiasticis vel mundanis, quomodolibet impeti accusari vel denuntiari super causa seu negotio vel crimine qualicunque, si quid autem in contrarium praemissorum fuerit attentatum, id cum sequelis suis ex nunc prout ex tunc utraque auctoritate nostra praefata decernimus irritum & inane, ac nullius existere firmitatis; debet insuper idem Collegium ipsiusque Personae modernae & posterae immunes fore a gravamine munerum & impositione onerum publicorum & ab applicatione sollicitudinum extraneorum ejusdem, nec non ab omni jugo seu onere cujuscunque laicae & illicitate potestatis: Demumque inhibemus firmiter & districte universis & singulis nostris & Ecclesiae nostrae fidelibus eos nihilominus exhortando seriose rogantes, ne praedictum Collegium seu Advocatos ejusdem in Personis vel bonis suis contra jus seu contra hujusmodi nostrae Beneficentiae paginam impetere molestare offendere seu perturbare praesumant, nostram exinde nostrorumque Successorum indignationem graviter incursuris, contra quos & quemlibet eorum ultione utriusque gladii spiritualis & temporalis debita utique procedetur. In cujus rei testimonium evidens, perpetuum quoque robur Sigillum nostrum ex certis nostris Scientia & Mandato praesentibus est appensum. Datum &c.

SECTIO II.

DOCVMENTVM XIV.

DECRETUM ALBERTI III. EPISCOPI HERBIPOLENSIS, LATUM IN SYNODO ANNI MCCCLXXIII. *

Albertus, Dei Gratia Episcopus *Herbipolensis*. Tenore praesentium pateat universis, quod infra scripta coram recolendae memoriae, Domino Ottone, Episcopo Herbipolensi, Praedecessore nostro olim diffinita, & a Nobis *in Synodo nostra* nuper confirmata, altercationibus inter Plebanos, seu Curatos, ac Religiosos, praesertim quatuor ordinum fratrum Mendicantium Sacerdotes hactenus habitis in hac parte, deinceps cessare debentibus, per nostras civitatem & Dioecesin Herbipol. tenenda sunt in modum, qui sequitur:

I. Secundum catholicam & Canonicam veritatem, omnes utriusque sexus parochiani tenentur, saltem semel in anno, peccata sua Plebano suo fideliter confiteri, & etiam ab eo, ad minus in Pascha, suscipere Eucharistiae Sacramentum, nisi ipse parochia-

* Inuenitur apud HARZHEIM Conc. Germ. Tom. IV. p. 515. seqq.

chianus, de sui Plebani licentia vel consilio duxerit ab eo ad tempus abstinendum; alioquin ipse parochianus & vivens ab ingressu Ecclesiae arceatur, & moriens christiana careat sepultura: Illi vero, qui praedictis fratribus confitentur, non magis tenentur eadem peccata iterum confiteri, quam si illa alias confessi fuissent proprio eorum Sacerdoti, seu Plebano.

II. Item praedicti Presbyteri Religiosi Ordinum mendicantium, non omnes quidem licentiam habent audiendi libere confessiones, & absolutionis beneficium impendendi, sed dumtaxat, qui a Superioribus suis electi, ad tam salubre officium exercendum, per patentes literas nostras fuerint nominatim deputati; quas quidem litteras *de Cancellaria nostra*, juxta formulam, quae sequitur, ipsi fratres gratis, & absque solutione pecuniae aliqua, habent recipere.

III. „Albertus &c. Venerabilibus Divinorum Rectoribus N. N. praesentibus requisiti, salutem & „sinceram in Domino caritatem. Religiosos & „devotos Fratres N. N. Conventus & Monasterii Ordinis N. Nobis per eorum Superiores „ad confessiones oppidanorum ibidem, & particulariter ipsius Conventus, audiendas, rite „praesentatos, quos ad hoc admittimus, protestatione tamen hac adjecta: ut ipsi, & non „alii de fratribus eorum aliquam audiendi con-

„ feſſionem, ut praemittitur, habeant authori-
„ ritatem, per praeſentes vobis transmittimus,
„ exhortantes vos, quantum eosdem ſic admiſ-
„ ſos publice in Eccleſiis praenuntiari faciatis:
„ caſibus tamen, *de more* & conſuetudine, No-
„ bis reſervatis &c."

Attamen Parochiani, dictis fratribus confeſſi, tenentur nihilominus ſemel in anno etiam ſuis Plebanis, aut de ipſorum licentia, aliis Presbyteris confiteri.

Datum *Herbipoli* anno Domini MCCCLXXIII. die XX. menſis Octobris.

Ex Codice MS. F. F. Minorum conventualium Herbipoli deſcripſit Cl. Schannat. b. m.

SECTIO

SECTIO II.

DOCUMENTUM XV.

CANONICA CONCORDATIO PLEBANORUM ET FRATRUM MENDICANTIUM SACERDOTUM CIRCA SACRAMENTUM CONFESSIONIS.*

Albertus tenore praesentium perceptoribus recognoscimus, & patefacimus universis, quod coram nobis & a nobis in Civitate nostra Herbip. articuli tam latini quam theutonici infrascripti per venerabiles Sanctae Theologiae & Sacrorum Canonum Professores quam plures tam religiosos quam seculares concorditer comportata & canonice diffinita fuerint per nostras Civitatem & Diocesin Herbip. praedicanda publice debiteque tenenda altercationibus siquidem inter Plebanos seu Curatos ac religiosos praesertim quatuor ordinum fratrum mendicantium Sacerdotes ibidem hactenus habitis in hujusmodi Articulorum materia deinceps cessare debentibus & explosis

* Inuenitur in Manuscripto LEONIS Bibliothecae Ebracensis pl. 14.

plosis, ipsi autem articuli sequuntur per ordinem in haec verba §. in Dei Nomine amen. Secundum Katholicam & Canonicam veritatem omnis utriusque Sexus parochialis tenetur saltem semel in anno peccata sua Plebano suo fideliter confiteri, ac etiam ab eo ad minus in festo Paschae suscipere Eucharistiae Sacramentum nisi ipse Parochianus de sui Plebani Consilio ab eo duxerit abstinendum ad tempus, alioquin ipse Parochianus & vivens ab in Ingressu Ecclesiae arceatur, & moriens Christiana careat sepultura, haec patent in Concilio generali X. de poenit & remissionibus C. omnis utriusque Sexus, quod autem in hujusmodi Concilio generali proprius Sacerdos recipiendus sit pro curato Sacerdote seu Plebano, expresse probat extravagans Constitutio Papae Johannis XXIIdi quae incipit Vas Electionis ibi cum ille, qui praedictis fratribus non magis teneatur, eadem peccata iterum confiteri, quam si alias illa confessi fuissent eorum proprio Sacerdoti juxta dictum Concilium generale, ergo Plebani Locorum praesertim in hoc casu sunt, & vocantur proprii Sacerdotes §. item Parochianus contra Ordinationem Sanctae Matris Ecclesiae per inobedientiam mortaliter peccat, ac obinde debitam peragere poenitentiam est astrictus, si ipse saltem semel in Anno Plebano suo vel saltem de ejus Licentia alteri Presbytero confiteri contempnit, aut etiam minus

curat.

curat. §. Item Presbyter religiosus ordinum mendicantium non omnes quidem sed duntaxat a Superioribus suis electi & etiam locorum Episcopis praesentati ad tam salubre officium exercendum juxta statutum & ordinationem Sedis Apostolicae habent Licentiam audiendi libere confessiones sibi volencium confiteri, & eisdem injungendi poenitentiam salutarem ac absolutionis beneficium impendendi in terminis sive locis duntaxat, ad quos tales praesentati fuerint, ut praefertur, non tamen propterea in praemissis ampliorem quam Plebani ibidem obtinent Potestatem, haec patent in Constitutione super Kathedram C. Statuimus innovata quidem in Concilio Viennensi de Sept. Sub C. dudum in Cle. & in Privilegiis Sedis Apostolicae, quibus fratres ordinis tam beati Augustini Heremitarum quam Carmelitarum sanctae Mariae gloriosae aequiparantur fratribus Praedicatorum & minorum in praeallegata constitutione expressis & propterea confessi sua peccata iisdem fratribus ut praemittitur praesentatis, non tenentur eadem peccata sibi debite confessa denuo confiteri, ut patet in praeallegata Constitutione Vas Electionis. *Attamen* Parochiani dictis fratribus confessi tenentur nihilominus saltem semel in anno suis Plebanis aut de ipsorum Licentia aliis Presbyteris confiteri, ut patet in generali Concilio superius allegato §. praeterea specialiter est sciendum, quod Plebani

bani Majoris Herbip. & aliarum Ecclesiarum parochialium ad honorabiles Dominos Praepositum, Decanum, Archidiaconos & Capitulum ipsius Ecclesiae Herbip. immediate spectantium Privilegium a Sede Apostolica obtinent speciale, quod religiosi, cujuscunque sint ordinis, Confessiones Parochianorum suorum audire non debeant, nisi petita prius & obtenta licentia a proprio Sacerdote juxta Statuta Concilii generalis non obstante aliqua indulgentia Religiosis ipsis vel aliis sub quacunque verborum forma ab Apostolica Sede concessa, per quam non expressam in ea de verbo ad verbum praemissa impediri valeant vel *differri*. §.

In Gottes Namen amen.

Eyn ieglich Kristenmensch, daz zu sinen Tagen kumen ist, sol und ist schuldig von gebotzwegen der heiligen Christenheit zu bichten zu siner Pfarre zum minsten eynmal in dem jar, und zu Ostern unsers Herrn Lichnams da zu nemen, oder mit rat sines Bichters, der dez Gewalt hat, daz etlich Zit zu myden, und daz sullen alle geistliche Leute raten und heyssen allen Cristen Leute zu tun §. auch sol einyeglich Cristenmensch, swen er Gots Lichnam empfahet, es si gesund oder siech, bichten, swaz es dann weyz zu bichten, oder hat es dann unwas gebicht, und weyz dann nicht mere zu bichten, so sol es dann daz sagen, und sin Schuld in Bicht wyse sprechen dem prie-

ster,

ster, der in die heilige Sacramente dann reichen mage und sol. Daß der priester erkennen muge, ob es daß Sacrament empfahen solle, und von Rewe und Andacht wegen deß würdig sy. §. Der stul von Rome zu Hilf der Pfarrern, und zu solchlicher Besorgung der Cristenheit hat. Laut hergesitzt und geordnet, daß der viel geistlich Bettelorden Priester, die ir obere darzu welen, und den Bischoffen antworten, und zu Bichte hören beterminirt werden, haben Laub und Macht frilich Bicht zu horen, wer in sie sunde bichten will, und den darüber Bußz zu setzen, und auch den zu absolviren in Bichtswyse, und davon zu entbinden, und dieselbe geistliche priester von der vorgenanten gesetzte Wale und entwort wegen haben daran nicht mere Gewalts dann die Pfarr §. Was man auch demselben geistlich priester gebicht hat, daß ist man nicht schuldig, yeman anders anderberts zu bichten, were aber daß yeman sogtan missetat begangen hätte, die an dem Pabst oder an sinen Bischof zu bichten gehorten. zudem der dann daran sinen sunderlichen Gewalt hat, diese die da vorgeschrieben sten, sint alle von gemeinen geistlichen und gnediglichen recht der heiligen Cristenheit, und sol man sie auch also recht halten in aller Cristenheit. In cujus rei testimonium Sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum &c.

II. Abschnitt.
XVI. Stück.

Bischof Gerhards Verordnung wegen den Krämern.*

Wir Gerhard von Gottes Gnaden Bischoff zu Würzburg, bekennen und thun kund öffentlich an diesem Brief allen denen, die ihn ansehen, lesen oder lesen hören, daß vor Uns seyn gewesen unsere Liebe Getreüe, die Krämer in unser stadt Wirzburg, und haben uns wohl unterrichtet, wie sie von unsern Vorfahren seligen etliche Gnade und Brief gehabt haben, die ihnen zugehört haben, die sie verlohren und verbrannt seynd, uf etliche Articul, als die hernach geschrieben seyn; und haben uns gebeten, ihnen andere unsere Briefe darüber zu geben und bestätigen zu thun. Nun haben wir angesehen ihr Bitt, und auch wohl verstanden, daß die Bitte eine ziemliche mügliche Bitt sey, und haben ihnen diese hernach geschriebene Articul für uns, unsere nachkommen und Stift bestätiget, und bestätigen die in Kraft dieß Briefs, also, daß die ewiglichen gehalten sollen werden, in der Weiß

und

* Findet sich in Friesens Chronik bey Ludewig S. 667.

und Maaß, als hernach geschrieben stehet ohn alls Gefährde.

Zum ersten, wann und welches Jahr die 2 Meß zu Wirzburg seyn, deren ist eine Kiliani, und die andere Galli, so soll kein ausländischer Krämer nicht auslegen sein Kauffmannschaft oder länger feil haben, dann als die gewandere,* ohne Gefährde, und sollen auch nach den Messen oder davor das ihre weder in Klöstern oder in Wirthshäusern nicht verkaufen, und ein jeglicher auswendiger Krämer soll nicht länger stehen sonst *a*) ausser den Messen, dann 3 Tag im Jahr, und die mag er stehen wann er will, doch allezeit, daß er die je stehe zum minsten 14 Tage nach den obgeschriebenen 2 Messen, und nicht ehe nach jeder Meß ohne Gefährde. Und welcher ausländischer Krämer länger feil hat, oder ehe ausleget, dann es vorgeschrieben stehet, oder das seine in Clöstern oder Häusern nach der vorgeschriebenen Frist verkauffe, es wäre nach der messen oder sonst im Jahr, so sollen dieselben unsere Krämer mit unsers Gerichtsboten (c. Voigten) ihnen pfand nehmen, und die pfand antworten in unsere Kirchen für 10 fl. rechter Buß, uf unsere oder unserer Nachkommen Gnad ohne Gefährde. Zu Urkund und ewigen Beståttigung, so haben wir unser gros Insiegel an diesen Brief thun hencken der geben ist nach Christi Geburth 1393. am Freytag nach S. Kilians Tag des heiligen Bischoffs.

a) außer, adscriptum alia manu in MS. C.
* Das ist: so lang die Messe andauert.

SECTIO II.

DOCUMENTUM XVII.

CONCILIUM HERBIPOLENSE SUB JOANNE AB EGLOFFSTEIN EPISCOPO

ANNO CHRISTI MCCCCVII.

GREGORII XII. PAPAE I. RUPERTI REG. ROMAN. VIII. *

Johannes Dei & Apoſtolicae Sedis Gratia Epiſcopus Herbipolenſis, univerſis Capitulis, conventibus, atque Clero tam Regulari, quam Saeculari, per noſtras Civitatem & Dioeceſim Herbipolenſem conſtitutis, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus.

Conſtitutiones, in hac noſtra Herbipolenſi *Synodo* die data praeſentium promulgatas, ab omnibus ſciri, & irrefragabiliter ſecundum mentem obſervari praecipimus infra ſcriptas. Quapropter ſub excommunicationis poena ſtatuimus & ordinamus: ut deinceps in ſingulis Capitulis ruralibus noſtrae Dioeceſis praeſidentes, dictis Capitulis per ſe, aut alium idoneum debite, ac cum integritate publicent. Ut autem

* Inuenitur in Conciliis Germaniae apud HARZHEIM Tom. V. p. 3. ſeqq.

tem ſimul Statuta Praedeceſſorum noſtrorum diligentius obſerventur, diſtricte praecipimus & decernimus, ſtatuendo: quatenus ipſa, quae volumus utentium moribus approbari, a quibuslilibet Praelatis, & Decanis Ruralibus recipiantur in ſcriptis in hac *noſtra Synodo* conſtitutis: Decani vero rurales ſingulis Eccleſiarum Rectoribus, & Vicariis earum, copiam faciant intra menſem, quam in libris Eccleſiarum redigi ordinent, in quibus ſtatuta ipſa lecta, & ſaepius repetita, ſingulorum memoriae inculcentur.

Cap. I. *De Reſcriptis.*

Cum nemo credendus ſit delegatus, niſi commiſſionem & poteſtatem ipſammet oſtendat, juxta Canonica inſtituta ſub excommunicationis poena praecipiendo ſtatuimus, & ordinamus: ut nullus deinceps per noſtram civitatem & Dioeceſim, cujuscumque ſe Judicem delegatum ſive ſubdelegatum aſſerentis litteras, proceſſus, ſeu mandata, quomodolibet exequatur, ſeu recipiat, niſi prius ſibi per verorum, non corruptorum non cancellatorum, non ſuſceptorum Reſcriptorum originalium commiſſionis ſuae ac poteſtatis eorundem oſtenſionem fides fiat oculata.

Cap. II. *De Conſuetudine.*

Execrabilis & deteſtandus abuſus noſtrum graviter turbavit auditum, quem in nonnullis Eccle-

ſiis, & Monaſteriis noſtrae Civitatis & Dioeceſis comperimus uſque haec tempora proh dolor! perduraſſe; qualiter Feſta ſanctorum Joannis Evangeliſtae, Stephani Prothomartyris, & Innocentium cum caeteris diebus ſequentibus, quae non immerito ſumma forent devotione celebranda, quaſi in ludibrium ſint converſa; in ipſis namque feſtis & diebus in ipſis Eccleſiis & Monaſteriis divinus cultus & ordo in cantu, in pulſu, in habitu, diſciplina & moribus, per ea quae tam juri, quam rationi ſunt contraria, Religioni diſſona, choro inconvenientia, honeſtati perſonarum incongruentia, turpiter immutatur. Conſuetudinem ergo ipſam, quam corruptelam potius & abuſum reputamus, hac ſacra Synodali conſtitutione reprobamus, vobis in virtute ſanctae obedientiae diſtrictius inhibentes, ut ab hujusmodi abuſu de caetero deſiſtatis, ac ceſſetis, dictisque diebus Feſtis in cantu, in moribus, habitu, diſciplina atque geſtu, cum Eccleſia noſtra majori vos conformetis.

Cap. III. *De aetate ordinandorum.*

Cum, ut, aliquo non obſtante Canone, valeat quis libere in XVIII. ad Subdiaconatus, & in XX. ad Diaconatus, & XXV. aetatis anno, ad Presbyteratus Ordines promoveri, ſtatuat Concilium Viennenſe, diſtrictius inhibemus: ne quis ad aliquem ordinem praedictorum in aetate, quam (ut praemittitur) requirit Ordo, non conſtitutis, praeſumat

aſcen-

ascendere; alioquin praesumptorem ejusmodi usque ad legitimam aetatem ab exercitio suspendimus Ordinis antedicti.

Cap. IV. *De Qualitate Ordinandorum.*

Quoniam nullus, nisi Episcopus, ac ipsius in spiritualibus, Episcopo in remotis agente, Generalis Vicarius, vel, Sede vacante, Capitulum, seu is, ad quem tunc temporis administratio spiritualium noscitur pertinere, suo subdito, ut in Dioecesi aliena ad Clericorum Ordines ascendere valeat, licentiam poterit impertiri, nisi sibi, quod suos Clericos ac subditos possit, a quo voluerit Episcopo, facere ordinari, a Sede Apostolica specialiter sit indultum; secundum canonicas Sanctiones hac in perpetuum valitura Constitutione sanximus *a*) & Examinatores Ordinatorum nullum quemcunque ordinandum Dioecesis alienae religiosum aut saecularem recipiant & admittant sine Dioecesanorum Episcoporum litteris dimissoriis, aut alias sui Superioris supradicti, de cujus indulto Apostolico praefatis Examinatoribus fides fieri debebit ante omnia oculata.

Preterea nullus illegitime natus ad aliquem sacrum Ordinem, vel beneficium curam habens animarnm, sine dispensationes Sedis Apostolicae admit-

 tatur

a) *Forte* ut.

tatur in aliqua Ecclesia saeculari, & tales qui hactenus sunt admissi, si de eis constiterit, per Archi Diaconos repellantur: alioquin scienter contrarium facientes, per unum mensem, ab ingressu Ecclesiae noverint se suspensos.

Cap. V. *De Clericis peregrinis.*

Cum plerumque infames consueverunt loca sua relinquere nationis, statuimus: ut Clerici peregrini & ignorati per nostram Dioecesim de caetero ad officiandum, tamquam Vicarii vel Socii, in Ecclesiis vel Capellis aliquatenus *b*) admittantur, nisi nostras exhibeant litteras, quibus eis officiandi in Ecclesiis nostrae Dioecesis licentiam concedimus, praecipimus itaque ex nunc omnes Clericos peregrinos & ignotos nostras non habentes Litteras super admissione sua a Vicarijs Ecclesiarum seu Capellarum, & a societate domestica penitus removeri, qui autem in utroque vel altero hujusmodi mandati nostri articulo transgressor exstiterit, ab ingressu Ecclesiae & Divinis, per Nos se noverit suspendendum, ac graviori poena, si ejus culpa exigerit, puniendum.

Cap. VI. *De Officio Archi-Diaconi.*

Quoniam nullus omnino Archi - Diaconus, Archi-Presbyter, sive Praepositus, vel Decanus, animarum

b) *Supple:* non.

marum curam ſine judicio vel conſenſu Epiſcopi Dioeceſani, alicui tribuendi habent facultatem; immo ſicut a ſanctis Patribus eſt ſtatutum, animarum cura in ſolius Epiſcopi conſiſtit poteſtate, nec obtentu alicujus conſuetudinis, debent Inſtitutiones, ut puta, quae ad ipſorum non ſpectant officium, vendicare, neminique liceat, ſine Mandato vel ſine licentia Epiſcopi, curam committere animarum; univerſis & ſingulis Archi-Diaconis noſtrae Eccleſiae, eorumque Officiatis praeſentibus & futuris diſtrictius inhibemus, ne alicui ſine noſtra licetia curam committere praeſumant antedictam, alioquin ipſorum quemlibet excommunicationis ſententiae, eo ipſo, volumus ſubjacere.

Item ſtrictiſſime praecipimus, & mandamus omnibus & ſingulis Archi-Diaconis, Praepoſitis & aliis Praelatis per civitatem & Dioeceſim noſtras ubilibet conſtitutis, jurisdictionem Eccleſiaſticam habentibus, ut Officiales ad jurisdictionem ipſam praeficere ſtudeant, qui ſint viri bonae famae, in jure periti & experti, notitiam cauſarum habentes, ſi tales habere valeant; alioquin viros expertos & conſcientioſos, ac Deum timentes, qui ad minus, de conſilio jurisperitorum, ſententias tam interlocutorias, quam diffinitivas ferant, & ordinate absque illicita extorſione pecuniarum in ſingulis procedant, neque de cauſis ad Forum Eccleſiaſticum de jure vel conſuetudine non ſpectantibus ſe aliquatenus intromittant, ſi autem

Praelati idiotas, exactionatores, notorios concubinarios, infames aut uxoratos, seu laicos, aut alios inhabiles ad hujusmodi officialatus officium scienter praefecerint, tam ipsi Praelati praeficientes, quamdiu hujusmodi Officiales in dictis officiis sustinuerint, quam Officiales iidem, ab omni exercitio jurisdictionis sint eo ipso suspensi: si autem tales, ut praemittitur, Officiales a principio forsitan ignoranter assumpserint, postquam eos sciverint esse tales, sub poena praedicta dimittere teneantur: sententiae vero per Officiales uxoratos seu laicos, in causis Ecclesiasticis latae, sint ipso jure nullae.

Insuper eisdem Archi-Diaconis districtissime inhibemus, ut officium visitationis per se, vel per suos Officiales exercentes, Parochias sive personas visitatas indebitis seu onerosis procurationibus, sive exactionibus gravare aliquatenus non praesumant, nec numerum personarum a sacris Canonibus institutum excedant, neque sumptuosas sive superfluas expensas quaerant, sed cum gratiarum actione accipiant, quae honeste & competenter illis fuerint ministrata, ac in cunctis agendis taliter procedant, ut non, quae sua sunt, sed quae JESU Christi, quaerere videantur.

Cap. VII. *De Officio Vicarii.*

Cum sit reprehensione dignum, ut quis oves proprias, alteri earum curam committendo, deserat, & alienas regere, praesertim causa avaritiae, praesumat;

mat; idcirco districte inhibemus: ne quis Parochialem Ecclesiam obtinens, alienam regere, tanquam mercenarius aliquatenus attemptet, nisi super hoc petita & obtenta nostra aut Vicarii nostri in Spiritualibus licentia speciali: & nihilominus in litteris per Nos, aut ipsum nostrum Vicarium desuper concedendis causa rationabilis & manifesta contineatur, quare suam Parochiam per se commode regere non valeat; contrarium facientes, a suis officiis decernimus suspendendos.

Cap. VIII. *De Majoritate & Obedientia.*

Quia per inobedientiam prothoplastus Dei gratia fuit privatus, & a paradiso dejectus, hoc quidam Heremitae, seu alias in sylvis seu locis solitariis habitantes, minime advertentes, Plebanis suis, intra quarum Parochiarum limites commorantur, obedientiae debitum subtrahunt, & ab eis negligunt recipere ecclesiastica Sacramenta, non curantes, a quocunque Sacerdote religioso, vel saeculari hujusmodi Sacramenta recipere, ipsos forte nequeunte solvere vel ligare: unde volentes huic errori seu negligentiae salubriter obviare, statuendo decernimus: ut homines iidem, sic incerto vagantes, & quos acephalos reputamus, ad subjectionem & obedientiam debitam Plebanis suis imposterum exhibendam, hujus auctoritate statuti censura Ecclesiastica compellantur.

Praeterea ſuperſtitioſam quarundam perſonarum invidiam compeſcere cupientes, qui more Cham dilectione filiali rejecta & paternali pietate conculcata, non ſolum in Capitulis & conventibus, pro Tractatibus capitularibus congregati, Praelatis ſuis & Superioribus reverentiam debitam ſubtrahunt, verum etiam ad invicem nonnunquam in verba probroſa & contumelioſa prorumpunt, ex quibus negotia, propter quae tractanda convenerunt, plerumque remanere indiſcuſſa cernuntur in Eccleſiarum diſpendium & gravamen, hoc noſtro in perpetuum valituro edicto ſtatuimus & ordinamus: ut in ſingulis Capitulis & Conventibus, ſervetur reverentia & morum gravitas, ita quod nullus in alterum verbis, aut factis probroſis aut contumelioſis prorumpat: Decanis nihilominus, & aliis dictis Capitulis praeſidentibus ſub excommunicationis poena diſtricte injungentes, ut his, qui contra edictum prohibitionis noſtrae hujusmodi venerint, per unius menſis ſpatium, ſine ſpe veniae, fructus ſuarum ſubtrahantur Prebendarum, a quibus ipſos *c*) praedicti temporis ſpatium ſuſpenſos manere volumus, & decernimus eo ipſo.

Item in virtute ſancte obedientiae praecipimus univerſis & ſingulis Presbyteris ac Clericis ruralibus noſtrae Dioeceſis, quatenus, quotiens ipſos per ſuos

c) *Supple*: per.

ſuos Decanos & Camerarios aut alios, ad quos hoc pertinuerit ab antiquo, ad capitula ſive convocationes per inſinuationem & publicationem noſtri, Succeſſorumque noſtrorum ac etiam Archidiaconorum convocari contigerit, totiens ipſi ad Capitula & convocationes hujusmodi ſtudeant convenire, niſi ex rationabili cauſa ſe de abſentia poterint excuſare, in quo tamen alium idoneum Presbyterum loco ſui ad Capitula & convocationes dirigant antedicta.

Cap. IX. *De poſtulando.*

Advocati Cauſarum, cum cauſam regendam ſuſceperunt, libellum ſive petitionem, poſitiones & articulos, exceptiones & defenſiones ordinent, aut examinent, & in eis, antequam coram judice producantur, ſe ſubſcribant, alioquin pro libellis, petionibus, poſitionibus, articulis, exceptionibus & defenſionibus ipſis, ut praefertur, per Advocatum non ſubſcriptis parti victrici Judex cauſae pro expenſis nihil taxet.

Cap. X. *De Judiciis.*

Cum nonnunquam Judices Eccleſiaſticos noſtrae Civitatis & Dioeceſis per ſaltum procedere, tam ex officio, quam ad partium inſtantiam, perſpeximus, quod ex eo provenire cognovimus, quod proceſſus Judicum eorundem Sigillo in executionis judicium ſigillatos non reportant; univerſis igitur & ſingulis Judicibus ſupra ſcriptis ſub excommuni-

cationis

cationis poena districte inhibemus, ne deinceps contra personas quascunque ulteriores processus faciant aut dirigant, nisi priores signo executionis, ut praemittitur, viderint debite sigillatas. Huic nostrae Sanctioni adjicimus, quod quilibet Ecclesiae parochialis Rector sigillum proprium debet habere infra mensem, pro processibus ipsis sigillandis & signandis sub poena adjecta.

Praeterea cum nullus officium duorum in judicio valeat exercere juxta Canonica instituta, hoc edicto perpetuo prohibemus: ne quis Judicum Nobis subjectorum de cetero per se ipsum acta causae coram ipso pendentis scribere praesumat; alioquin actis hujusmodi in judiciis & extra, fidem aliquam minime fore adhibendam declaramus.

Cap. XI. *De foro competenti.*

Quoniam ex constitutione supra posita dubitationes insurgunt, videlicet: quae causae ad Ecclesiasticum forum debeant pertinere, nonnullos casus ejusmodi praesenti duximus annotandos Sanctioni, ne Judices tam Ecclesiastici quam Saeculares, per ipsorum ignorantiam se valeant excusare. In primis videlicet, omnes Invasores Ecclesiasticarum rerum, seu religiosorum locorum, sub Ecclesiastico judicio conveniuntur; item causae rusticorum vel servorum Ecclesiae, item causae publicae poenitentium, item causae pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum;

rum; item causae peregrinorum; item quando Judex saecularis justitiam reddere negligit; item, in crimine sacrilegii, usurarum, haeresis, simoniae, Excommunicationis, adulterii, matrimonii, dotis, super decimis, item, causa Nativitatis, Beneficialis, Juris Patronatus, rapinae; item ratione pacti & voti fracti; item ratione juramenti, vel fidei dationis; item quando pars aliqua fuerit ecclesiastica sive reus fuerit, sive actor, etiam super re prophana, causa debet etiam a Judice Ecclesiastico terminari.

Insuper universis Judicibus Nobis subjectis praesenti prohibemus edicto, ne Comitem aut Baronem, Ministerialem Ecclesiae nostrae Herbipol. ad ipsorum praesumant trahere judicia quovis modo, sine nostra speciali licentia, alioquin judicium ipsum irritum decernimus, & Judice excommunicationis sententiam innodatum eo ipso declaramus.

Cap. XII. *De Praebendis & Dignitatibus.*

Cum in Civitate & Dioecesi nostris Herbipolens. diversi Clerici saeculares non ponentes terminum avaritiae, nec salutem propriam attendentes, onerare se pluribus Beneficiis Ecclesiasticis incompatibilibus non formident; Nos, qui aliorum indigentiis, & aliorum saluti succurrere cupimus, & Ecclesiarum necessitatibus providere, authoritate praesentis Synodi firmiter & districte praecipimus, ut singuli, talia plura beneficia possidentes, aut recepto ultimo

sint

ſint contenti, aut infra XVIII. dierum ſpatium, a publicatione praeſentium, continue ſequentium, quem terminnm ipſis pro peremptorio aſſignamus, ſecum eſſe per eum, qui jure hoc facer potuerit, diſpenſatum legitimis edoceant documentis; alioquin Nos, juxta formam Canonum contra hos traditam, providere curabimus.

Cap. XIII. *De Teſtamentis.*

Intelleximus, quod nonnulli tam Religioſi, quam ſaeculares Clerici, vel laici, divino timore poſtpoſito, ſuarum animarum periculum incurrere, dum res, quae per manus eorum ex teſtamento decedentium debent in uſus certos, praeſertim pios, diſtribui ſeu expendi, aliis uſibus applicare non formidant, ac negligentias, dolos & fraudes quamplures circa hujusmodi executionis officium committunt: quandoque nullatenus, quandoque tardius id, quod eis commiſſum eſt, exequendo, & quod deterius eſt, pecunias, res, & bona ipſa ſibi quandoque uſurpant, & in uſus proprios convertunt: frequenter etiam pro longe minori pretio, quam alibi commode vendi poſſent, bona ipſa recipiunt & diſtribuunt: ita ut plerique non Executores, ſed Conſumptores, ſive Dilapidatores aut Subtractores appellari potius merentur. Cum igitur ad noſtrum ſpectet officium piis ultimis voluntatibus providere, ut ſecundum voluntatem defuncti cuncta procedant, ideoque contra

prae-

praemiſſas fraudes, dolos & negligentias, prout juſtum fuerit, ſecundum Sanctiones Canonicas intendimus remediis opportunis providere, prout ad noſtrum ſpectat Paſtorale Officium: nihilominus ad doli maculam evitandam, omnisque fraudis tollendam ſuſpicionem, diſtrictiſſime praecipimus, & in virtute ſanctae obedientiae mandamus, ut ipſi Executores deinceps deputandi, quando cito commode poterint, poſt obitum defuncti, de omnibus & ſingulis bonis per ipſum defunctum relictis & inventis, inventarium coram perſonis honeſtis & fide dignis conficiant, ſi noſtram & ſacrorum Canonum ultionem evadere velint.

Item; quia ſaepe contingit, quod Praelatis, & aliis Clericis ac Eccleſiaſticis perſonis decedentibus, bona ab ipſis dimiſſa, quae ſecundum ipſorum ultimam voluntatem ad certos uſus deberent diſtribui, vel ad alios, ſi ab inteſtato decederent, de jure vel conſuetudine devolvi, per utriusque generis homines, Clericos & laicos, Regulares & Saeculares, & quandoque etiam per ipſos Executores occupantur, ſurripiuntur, dilapidantur, & conſumuntur, in eorum, quorum intereſt, grave diſpendium & jacturam. Nos, ipſorum auſus reprimere ac eorum, quorum intereſt, indempnitatibus praecavere volentes, decernimus; ut praemiſſa de caetero temeritate propria praeſumentes, per excommunicationis ſententiam

tentiam fore compescendos, a qua nullatenus absolvantur, donec plene restituerint, quid quid de bonis receperint supradictis: & nihilominus decernimus, tales aliis juris remediis, si hoc exegerit qualitas delicti, justitia mediante, fore compescendos.

Praeterea ad aures nostras per clamosam insinuationem multorum devenit, quod Patroni Ecclesiarum tam laici, quam Clerici, Advocati, Judices Praecones, bona decedentium Clericorum occupant & usurpant, volentes sibi ab intestato succedere, & aliquando etiam eorum testamenta infringere, pro suae voluntatis arbitrio, non judicio rationis; quare provide duximus statuendum: ut Patroni Ecclesiarum & alii supra dicti, de talibus de caetero abstineant, & nisi abstinere voluerint, quousque sic ablata restituant, excommunicationis vinculo innodentur, ac alia poena condigna percellantur.

Cap. XIV. *De Decimis, & Oblationibus.*

Decimas sacri Canones sine diminutione Clericis exsolvi jubent; ideoque mandamus, quatenus ipsae de fructibus statim, cum collecti fuerint, & non deductis expensis, cum plenaria integritate exsolvantur.

Item; licet omnis Christianus ad Missarum Solempnia aliquid Deo offerre teneatur, & reducere ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit: *Non*

appa-

apparebis in conſpectu meo vacuus; in praecipuis tamen Dei, & ſanctorum Feſtivitatibus per anni circulum occurrentibus, quas circa noſtrae Eccleſiae longaevam conſuetudinem ſeptem fore cenſemus, videlicet: Nativitas Domini J. Chriſti, Paſcha, Pentecoſtes, Nativitas B. Mariae Virg. Purificatio, Annuntiatio & Aſſumptio, ad oblationes & offertoria omnes & ſingulos noſtros ſubditos in ſuis parochialibus Eccleſiis teneri declaramus: niſi aliud in quibusdam Eccleſiis ex longa conſuetudine eſſet introductum.

Cap. XV. *De Statu Monachorum.*

In Religioſorum Reformationem ex officii debito, oculorum aciem dirigentes, praecipimus & mandamus omnibus & ſingulis Regularem vitam profeſſis, quatenus ſecundum regulam, quam profeſſi ſunt, ac juxta ordinationes, diffinitiones, & Statuta Sanctorum Patrum vivere ſtudeant, ſubſtantialia videlicet: obedientiam, paupertatem, & continentiam firmiſſime ſervari curent; in habitibus & calceamentis Ordini ſuo congruentibus, ſecundum formam conſtitutionum deſuper confectarum, ſe decenter & honeſte habeant, Tonſuras etiam deferant largas & latas, omnesque Fratres communiter vivant, & comedant in refectorio, in quo nullus carne veſcatur; menſae vero non deſit lectio, ſilentium in Oratorio, Dormitorio Refectorio, & Clauſtro debite obſervetur. Rurſus mandamus: ut in ſingulis monaſte-

riis idoneis *d*) teneatur Magifter, qui Monachos five Novitios in primitivis fcientiis inftruat diligenter: ipfis etiam Novitiis fidelis deputetur Inftructor tam in divinis Officiis, quam in obfervantia regulari. Regula etiam in Capitulo ab ipfo, qui praeeft capitulo, vel alio, cui hoc injunctum fuerit, frequenter legatur, & etiam propter minores vulgariter exponatur. Volumus infuper, ut in fingulis monafteriis numerus Monachorum antiquitus inftitutus teneatur, fiquidem ad hoc fufficiant facultates: fin minus, tot Monachi teneantur, quot de ipforum monafteriorum bonis, five proventibus absque penuria poterint fuftentari. Praecipimus etiam & mandamus: ut ad portam cujuslibet monafterii unus Portenarius five Janitor providus & difcretus deputetur, ne, absque licentia Abbatis, vel alterius praefidentis Monafterio eodem alicui ingrediendi libertas concedatur, neque mulieres Monafterio virorum aliquatenus intrare permittantur.

Haec autem omnia in Monafteriis Monialium, quoad Articulos Abbatiffis & Monialibus congruentes, praecipimus obfervari: Siquis autem in praemiffis aut aliquo praemifforum temerarius violator exftiterit, regulari fubjaceat difciplinae aliisque poenis a facris Canonibus & Statutis Ordinum nihilominus comminatis, veniat graviffime percellendus. Abbates quoque, quibus omnes Monachi reverenter

---

d) *Forte* idoneus.

ter obediant, taliter se regant opere & sermone, ut exemplo virtutis, verboque doctrinae fratres suos instruere possint in bono, & etiam a malo revocare, Zelum Religionis habentes secundum scientiam, ut delinquentes corrigant & castigent, obedientes foveant, & confortent, nec extra sua monasteria domicilium aliqualiter teneant, sed sint cum fratribus suis in Monasterio & Choro: & horis canonicis, prout frequenter poterint, intersint, Missasque ad minus in summis & praecipuis festivitatibus per se cantent, vigilem curam, & diligentem solicitudinem gerentes in omnibus, ut de officio eis commisso dignam Deo possint reddere rationem; quodsi remissi, vel negligentes inventi fuerint, secundum regularia instituta & sacros Canones, poena debita decernimus castigandos, cum offensa non solum propria, verum etiam aliena de eorum manibus requiratur. Insuper volumus & mandamus: ut omnes & singuli Abbates, Abbatissae & Conventus Nobis subjecti, deinceps per Nos requisiti, de omnibus expositis, & receptis per eos, Nobis, & Commissariis nostris ad haec deputandis, absque dolo, fraude, seu negligentia debitam rationem reddant.

Cap. XVI. *De Censibus.*

Cum circa solutionem & receptionem censuum annuorum infra dominium Ecclesiae nostrae temporale diversa sentire diversi consueverint, ex

 quo

quo dissensiones & scandala suborta plerumque dinoscuntur; praesentibus sub excommunicationis poena statuimus, volumus & ordinamus: ut infra dictum Dominium ratione censuum Ecclesiis, aut Monasteriis, aut actione eorundem singularibus personis debitorum, pro libra Hallens. XXX. & pro libra Denariorum, LX. Denarii, monetae Herbipolensis, communiter pro tempore currentis & non ultra exsolvantur, seu quomodolibet exigantur.

Cap. XVII. *De Celebratione Missarum.*

Districte inhibendo mandamus, ne de caetero & praecipimus: ne ullus Presbyter, sine Scolare in Missa respondente, Missam audeat celebrare.

Item; Sacerdotes, Diaconus, sive Subdiaconus in veste, quae polluta est nocturna pollutione, ad aram ministraturus, non accedat.

Item; Altaribus cum disciplina & timore astantes, Signa & Cruces distincte & sine confusione peragite.

Insuper reminiscentes Moysi, Servi Dei, qui hostes populi sui non ferro pugnando, sed prece orando dejecit, statuimus: ut inter cottidiana ad Missas, Matutinum & Vesperas decantanda Suffragia, ante *Da pacem Domine*, *& fiat pax in virtute tua*, *& Collectam: Deus a quo sancta desideria &c.* pro pace Clerus & populus, flexis in terram genibus, & erectis in coelum cordibus cottidie studeat observare,

quatenus

quatenus Dominus noſter Jeſus Chriſtus Rex pacificus, ſedatis tribulationibns, & Eccleſiarum perſecutoribus, & invaſoribus humilitatis pacem in populo ſuo, multiplicatis interceſſionibus largiatur.

Praeterea; nullus Clericus uno die duas Miſſas decantet, praeterquam in die Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, & neceſſitate, quae ſi eveniat, non ſumat niſi Sanguinem, ablutionem vero aſtanti porrigat.

Item; firmiter inhibemus, ne mulieres miniſtrare apud Altaria permittantur.

Item; duo officia ſub uno Canone non dicantur.

Item; in Elevatione campana pulſetur, ut in nomine Jeſu omne genu flectatur, nec ante pulſetur, quam haec verba dicuntur ſacroſancta: *Hoc eſt enim Corpus meum.*

Cap. XVIII. *De Feſtivitatibus.*

Glorioſiſſimae Virginis Mariae Feſtum Viſitationis, ſanctae recordationis Dominus Urbanus Papa VI. ſub duplici officio ſolempniter, ut alia dictae Virginis feſta, ſtatuit per orbem univerſum celebrandum, ac ſuaſit & conſuluit, ut ejusdem Feſti Vigilia in obſervatione jejunii, ſicut Feſtum aſſumptionis ejusdem devotius obſervetur. Nos igitur volentes, hujusmodi ordinationem ſalutarem debitae executioni demandare, diſtricte praecipimus & mandamus, ut per noſtram civitatem, & Dioeceſim Feſtum illud peragatur juxta dictae ordinationis continenciam ſu-

pradictam, & quod officium in Historia, sicut tenetur in nostra Ecclesia, ab omnibus decantetur.

Cap. XIX. *De Divinis Officiis.*

Execrabilis & detestanda aliquorum negligentia nostrum turbavit auditum, quod in plerisque Monasteriis regularibus, ad hoc fundatis & sufficienter dotatis, horae canonicae, & alia divina officia nullatenus, vel saltem raro, aut negligenter incomplete, & inordinate decantantur seu peraguntur; quodque nonnuli ecclesiarum Ministri, modestia Clericalis ordinis abjecta, non considerantes, quod beneficium datur propter officium, horas Canonicas dicere, seu psallere negligunt, in divine Majestatis offensam & scandalum plurimorum. Ne igitur transgressores invalescant hujusmodi, aliisque veniant in exemplum, districtissime praecipiendo mandamus: ut in omnibus & singulis Ecclesiis Collegiatis ac Monasteriis regularibus virorum & mulierum, Nobis subjectorum, ad hoc fundatis & sufficienter dotatis, officium divinum diurnum pariter & nocturnum horis debitis solempniter cum nota in spiritu humilitatis, devote, rite, ordinate, distincte & laudabiliter psallantur, & decantentur; quodque omnes & singuli in sacris Ordinibus constituti, & etiam inferioribus, de patrimonio Christi Beneficiati saeculares, & Religiosi simul singulis diebus horas canonicas convenienter & debite dicant,

cant, & perficiant: in praemiſſis vero vel aliquo praemiſſorum negligentes, culpabiles, inobedientes ſeu rebelles, cujuscumque fuerint ſtatus, conditionis vel dignitatis, decernimus per Cenſuram Eccleſiaſticam, ac ſubtractionem redituum, & proventuum ſuorum Beneficiorum, ac alias ſecundum qualitatem delicti, graviter puniendos; & quia Superiorum negligentia, quae dum ſpem impunitatis promittit, multam peſtilentiam in ſubditis nutrire conſuevit: idcirco omnibus illis, ad quod id pertinet, diſtricte, & in virtute ſanctae obedientiae injungimus, & mandamus: ut circa reformanda praemiſſa, eorumque ſingula corrigenda ſollicitam curam gerant, alioquin nos eorum negligentiam, prout juſtum fuerit, puniemus.

Inſuper praecipimus & mandamus: ut in omnibus Collegiis infra Civitatem & Dioeceſim noſtras conſtitutis ſingulis diebus perpetuis temporibus, finitis Tertiis pro ſalute noſtra, & Succeſſorum noſtrorum Epiſcoporum pro tempore exiſtentium legatur Pſalmus: *Levavi oculos meos in montes*, cum verſiculo: *Salvum fac Servum tuum Domine* & Collecta: *Omnipotens ſempiterne Deus*, *qui facis mirabilia magna ſolus &c.* prout in noſtra Eccleſia Herbipolonſi hactenus fieri eſt conſuetum; & idem praecipimus ab omnibus Clericis, Horas Canonicas legentibus, obſervari.

Praeterea, licet a ſacris Canonibus dudum fuerit inſtitutum, ut Rectores Parochialium Eccleſiarum, infra unius anni ſpatium, ad Sacerdotium teneantur promoveri, plerique cortici verborum textus juris inhaerentes, Sacerdotalem Ordinem recipiunt, ſed officium Ordini adnexum differunt exercere. Nos igitur attendentes, quod ſacri Canones non verba, ſed mentem amplectantur, hac *ſacra Synodo* ſtatuimus & ordinamus: quod Rectores Eccleſiarum Parochialium ſinguli noſtrae Civitatis & Dioeceſis poſt receptionem Sacerdotii, infra unius anni ſpatium ſuſceptionis ordinis ejusdem immediate ſubſequentis, hoc Sacerdotale officium cum Miſſarum celebratione teneantur debite exercere, ipſumque fideliter, diebus, quibus vixerint, continuare, niſi deſuper per Nos, aut Succeſſores noſtros, ex cauſa, quam Nos, aut Succeſſores noſtri duxerimus aut duxerint, ſeu ſaltem ducere debeamus, vel debeant reputare, cum eisdem fuerit diſpenſatum; alioquin ipſis Eccleſiis Parochialibus ſic ſuſceptis, privatos eſſe volumus eo ipſo.

Cap. XX. *De Baptiſmo.*

Doceant etiam Sacerdotes, quod non ſolum viri ſed etiam mulieres in neceſſitate baptizare poſſunt, ſi alius non poſſit haberi. Sciant etiam Sacerdotes, quod ſi laicus cum baptizat ex ſimplicitate, non cauſa introducendi errorem dicat: *Ego te bap-*

tizo

tizo in nomine S. Patris, S. Filii, S. Spiritus; quod non eſt rebaptizandus puer, quia illud apponit, quod neceſſe eſt intelligi: Pater enim ſanctus eſt, unde in Johanne: *Pater ſancte ſerva eos &c.* Filius ſanctus eſt, unde in Luca: *Quod enim ex te naſcetur, ſanctum vocabitur.* Et Spiritus Sanctus eſt, unde ibidem: *Spiritus Sanctus ſuperveniet in te.* Hoc probat Auguſtinus per hoc, quod dicitur ter *Sanctus* in Iſaia & Apocalypſi. Si quid aliud autem interpoſitum fuerit, non eſt baptizatus; ſi autem in fine appoſuerit cauſa devotionis, & ex ſimplicitate non intendens per hoc baptizare; & *S. Mariae, S. Johannis, S. Petri &c.* baptizatus eſt.

Pro baptiſmo nihil exigatur ſed *e*) quid offeratur gratis, accipi poteſt.

Cap. XXI. *De Cuſtodia Euchariſtiae.*

Nullus de caetero Sacerdos in deportatione ſaluberrimi Corporis Domini noſtri ad infirmos, quantumque aura mala, via lubrica vel lutoſa exiſtat, in calopedibus ire praeſumat.

Cap. XXII. *De Reliquiis, & Veneratione Sanctorum.*

Ne in debita Veneratione Sanctorum quisquam noſtrae Civitatis & Dioeceſis a noſtra majori Eccleſia valeat deviare, Feſtivitates per anni circulum,

e) *Adde*: Si.

per populum Nobis subditum solempniter celebrandas, & quae ab olim ipsa nostra Ecclesia, & populus Civitatis solempniter celebravit, praesentibus duximus annectendas, mandantes: quatenus Festivitates ejusmodi, & nullas alias, sine nostra speciali auctoritate, & licentia, populo vestro celebrandas aliquatenus de caetero indicatis.

Festum videlicet: Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, S. Stephani, S. Joannis Evang. SS. Innocentium, Circumcisionis Domini, Epiphaniae Domini, Purificationis S. Mariae, S. Mathiae Ap. Annunciationis B. Mariae Virg. Resurrectionis Domini, cum tribus Diebus sequentibus, S. Georgii M, S. Marci Evang. SS. Philippi & Jacobi App. Inventionis S. Crucis, Ascensionis Domini, Penthecostes cum tribus diebus sequentibus, SS. Trinitatis, Corporis Christi, S. Viti M. Nativitatis S. Joannis Bapt. SS. Petri & Pauli App. Visitationis S. Mariae, S. Kyliani, S. Mariae Magd. S. Jacobi Apost. S. Laurentii M. Assumptionis B. Mariae, Nativitatis S. Mariae, Conceptionis S. Mariae, S. Mathaei Ap. S. Michaelis, S. Burchardi Ep. SS. Simonis & Judae App., Omnium Sanctorum, S. Martini Ep. S. Elisabethae Viduae, S. Catherinae, S. Andreae Ap. S. Nicolai Ep. S. Thomae Apostoli. Item anniversarius Dedicationis, & Festivitas cujuslibet Ecclesiae Patroni, Dies quoque Dominici singuli per anni circulum occurrentes.

Cap.

Cap. XXIII. *Ne Clerici, vel Monachi saecularibus negotiis se immisceant.*

Quia nonnulli Clerici, finem avaritiae non ponentes, negotiationes & mercantias illicitas, ac usuras detestandas, in animarum suarum periculum exercere non verentur, poenas multiplices a sacris Canonibus incurrendo; ut igitur vitia tam detestabilia, & Clericali Ordini contraria, a Clero nostro penitus extirpentur, quoniam secundum Apostolum: *Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus. f)* Idcirco districte prohibemus omnibus Clericis, & Ecclesiasticis personis nobis subjectis, saecularibus & religiosis, cujuscumque fuerint dignitatis, status aut conditionis, ne vina, blada, seu alia quaecunque mercimonia, causa negociandi, seu cupiditatis vel lucri, per se vel alios, publice vel occulte, quovis quaesito colore emant, & ulterius vendant, vel aliis negotiationibus saecularibus illicitis, aut indecentibus, seu a sacris Canonibus prohibitis, vel alias suo Ordini non congruentibus se immisceant, nec usuras nefandissimas exerceant, neque tabernas teneant, nec eas vel alia loca suspecta vel inhonesta absque evidenti causa publice frequentent, neque cum taxillis seu aleis, causa lucri, ludere praesumant, aut in domo sua ludere propter questum permittant; contrarium vero facientes, tamquam vio-

f) II. Timoth. II. 4.

violatores Canonum, decernimus animadversione condigna puniendos.

Cap. XXIV. *De Judaeis.*

Cum jam dudum Judaeis sint prohibita & interdicta mancipia Christiana, volumus, & praecipimus: ut Plebani & alii Rectores Ecclesiarum, ubi sunt Domicilia eorum, Diebus Dominicis omnes de fide Catholica Judaeorum nutritores & servientes, denuntient excommunicatione ligatos. Excommunicatos etiam denuntient omnes alios Christianos, qui apud Judaeos pecuniam suam locant, ut a Judaeis usuram recipiant, vel ut Judaei pecuniam mutuent, & usuram.

Insuper, quando Sacramentum Altaris ante domos Judaeorum deferri contigerit, ipsi Judaei, audito sonitu praevio, intra domos suas se recipiant, & fenestras, ac ostia sua claudant; hoc etiam in quolibet die Parasceve per plateas Ecclesiae facere compellantur; nec praesumant de fide Catholica cum simplicibus disputare; nec filios, aut uxores, ad viam Christianorum venientium, invitos audeant detinere; nec Christianos infirmos visitent, vel circa ipsos exerceant opera medicinae.

Cap. XXV. *De Haereticis.*

Volumus insuper, & in virtute sanctae obedientiae districte praecipiendo mandamus: ut omnes

Plebani

Plebani & Ecclesiarum Rectores, seu Vicarii nostrae Dioecesis, omnes haereticos, eorum fautores, receptores, nec non defensores ipsorum, denuntient quater in anno, scilicet: in Nativitate Domini; in die Palmarum; in Pentecoste; & in Festo omnium Sanctorum; excommunicationis sententiae subjacere; & nihilominus eos omnes, cujuscumque status & conditionis existant, tales esse scientes vel ex verosimili conjectura, vel alias suspicione probabili, si non accusaverint, seu denuntiaverint publice, vel si hoc publice non auderent, metu personae vel rerum, Plebano, Rectori, seu Vicario loci, vel si ex quacumque causa eis secrete denuntiare non possent, ad nostram haec notitiam non detulerint, tanquam fautores eorum ex nunc excommunicamus, & excommunicatos volumus eisdem temporibus nuntiari.

Cap. XXVI. *De Raptoribus.*

Olim infra limites non solum Archi-Diaconatus illius, infra quem Clericum in sacris Ordinibus constitutum, aut religiosum aliquem temere capi, sed etiam Archi-Diaconatus illius, ubi ipse detineri contigerit, ut ipso facto cessetur a Divinis, sub excommunicationis latae Sententiae poena statuit sacrum *Concilium Moguntinum*, ac etiam *Statutum Synodale*. Nos igitur, matura deliberatione praehabita, de con-

consensu & assensu Praelatorum atque Cleri, Nobis in hac sancta Synodo assistentium, non solum Concilium & Statutum approbamus, verum etiam ipsa innovamus, ac ipsis duximus adjungendum, ut & ipsa sub suis poenis, sententiis, censuris, etiam in statuta forma contra Ecclesiasticarum rerum Spoliatores, & Clericorum in morte depraedatores, per omnia inviolabiliter, postquam de captivatione, spoliatione, detentione; aut depraedatione constiterit evidenter, a Clero infra limites Archi-Diaconatuum supra descriptorum, nullo alio mandato desuper exspectato, observetur; ac insuper pro majori Ecclesiasticae libertatis tutela, dictorumque criminum repulsa, sub eisdem poenis & sententiis firmiter statuimus & mandamus: quod in nulla Ecclesia, neque Cathedrali neque Collegiata, nec etiam Monasterio aliquo Ordinis S. Benedicti, filii aut nepotes eorum, qui Clericum aliquem in Sacris, ut praefertur, constitutum aut Religiosum temere captivaverint, aut captivatum detinuerint, vivum aut mortuum, ut praefertur, spoliaverint, quovis modo in Canonicos recipiantur, aut in fratres.

Cap. XXVII. *De Usuris.*

Quia ita crimen usurarum invaluit, ut multi aliis negotiis praetermissis quasi licite usuras exercent, & qualiter utriusque testamenti pagina condemp-

dempnetur, nequaquam attendunt. Ideoque volumus, prout in *Lateranensi*, *Viennensi*, & *Lugdunensi* Conciliis statutum est: ne usurarii manifesti, si in hoc peccato decesserint, accipiant sepulturam, & qui propriae temeritatis audacia, manifestorum usurariorum corpora scienter sepelire praesumpserit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat, nulla ei exemptione vel alio privilegio aliqualiter suffragante.

Nullus etiam testamentis manifestorum usurariorum intersit, aut eos ad confessionem admittat, sive ipsos absolvat nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum praestent, secundum formam, idoneam cautionem: testamenta autem ipsorum, nisi praemissa satisfactione, aut praestita idonea cautione, non valeant, sed sint ipso facto irrita.

Inhibemus insuper: quod nulli saeculares, vel Religiosi, cujuscumque fuerint conditionis aut status, usurarios saltem manifestos, vel de usuraria pravitate publice diffamatos, audeant qualitercumque absolvere, sed ipsos ad Nos, seu Vicarium nostrum in spiritualibus, pro absolutione obtinenda remittant, non obstante si ipsis, vel alicui ex eis, forsan per Nos, aut Vicarium nostrum generaliter vel specialiter sit indultum, quod etiam in Casibus Nobis reservatis, Beneficium absolutionis valeant impendere: contra-

rium

rium facientes, ab ingressu Ecclesiae decernimus ipso facto suspensos, et nihilominus revocamus, & annullamus omnes licentias, & indulta, quibuscumque personis secularibus vel religiosis per Nos, aut Vicarium nostrum in spiritualibus concessas, & concessa, ut in Casibus Nobis reservatis absolutionis Beneficium possint seu valeant impendere qualitercumque.

Cap. XXVIII. *De Poenitentiis & Remissionibus.*

Cum secundum Concilium *Viennense* ultimo supplicio deputandis negari, si petant, non debeat poenitentiae Sacramentum, abusus dampnabilis in quibusdam partibus contra haec inductus per *Viennense Concilium* aboletur omnino, & praecipitur Justitiariis omnibus & Dominis temporalibus, ut ab hujusmodi desistant abusu.

Praeterea Vobis Sacerdotibus injungimus in virtute sanctae obedientiae per praesentes, ut in principio Quadragesimae, saltem Dominica *Invocavit*, plebes vestras in ambonibus moneatis, & omni qua poteritis diligentia inducatis, quod tempestive confessiones suas faciant Sacerdotibus competentibus, ne in conscientia cruentata in Festo Paschae ad Corpus Christi improvide accedere videantur.

Cap. XXIX. *De Interdicto.*

Felicis recordationis olim Dominus Bonifacius P. P. VIII. salubriter duxerat ordinandum: quod singulis

gulis diebus in Ecclesiis & Monasteriis in terris seu locis Ecclesiastico suppositis interdicto, constitutis Missae celebrentur, & alia dicantur officia, sicut prius, voce tamen submissa, & januis clausis, excommunicatis & interdictis exclusis, campanis etiam non pulsatis, quodque tam Canonici, quam Clerici Ecclesiarum, in quibus distributiones cottidianae illis, qui horis intersunt Canonicis, distribuuntur, si ad officia non veniant supradicta, distributiones easdem amittant, sicut interdicto perderent non exstante, si Divinis Officiis non adessent. Verum quia ex levitate poenae supradictae constitutio salubris antedicta in plerisque Ecclesiis & Monasteriis nostrae civitatis & Dioecesis minime observatur, universis & singulis Ecclesiarum & Monasteriorum Abbatibus, Prioribus & Decanis, eorumque vices agentibus in virtute sanctae obedientiae, & sub excommunicationis poena, quam in ipsos & ipsorum quemlibet, si non fecerint, quod mandamus, in Dei nomine ferimus in his scriptis, districtissime statuendo praecipimus & mandamus: quatenus universos & singulos, suarum Ecclesiarum & Monasteriorum personas, per subtractionem fructuum suarum Praebendarum, & alias prout competentius poterunt, dictis officiis tempore interdicti supradicti compellant devotius interesse dietim, & alias Constitutiones ipsius Bonifacii faciant inviolabiliter & plenarie observari.

Datum Herbipoli Anno Dom. MCCCCVII. die I. Septembris.

Descripsit Cl. Schannatus ex Codice MS. Coenobii S. Michaelis Bambergae.

SECTIO II.

DOCVMENTVM XVIII.

SYNODUS DIOECESANA HERBIPOLENSIS A JOANNE AB EGLOFFSTEIN EPISCOPO CELEBRATA ANNO CHRISTI MCCCCXI.

JOANNIS XXIII. PAPAE II. SIGISMUNDI REGIS ROMAN. II. *

SEPTEM STATUTA.

Johannes, Dei & Apoſtolicae Sedis Gratia Epiſcopus Herbipolenſis; univerſis Capitulis, Conventibus, atque Clero Regulari, & Seculari per noſtras Civitatem & Dioeceſim Herbipolenſem ubilibet conſtitutis, ſalutem in Domino, & praeſentium repetitae Lectionis inconvulſam notitiam & obſervantiam.

Cum die data praeſentium, *in ſacra Herbipolenſi Synodo* quasdam conſtitutiones ſuper certis articulis duxerimus promulgandas, Univerſitati veſtrae per haec ſcripta praecipimus & mandamus, quatenus

* Inuenitur in HARZHEIM Conc. Germ. Tom. V. p. 13.

tenus eis, quas ſub Sigillo Vicariatus noſtri vobis transmittimus, uti velitis in antea, easque ſub ſuis certis titulis Synodalibus noſtris inſtitutis, quae olim ſub prima noſtra Synodo per nos celebrata, debite compilavimus, collocare.

I. *De Immunitate Eccleſiarum.*

Olim, ut infra limites non ſolum Archi-Diaconatus illius, infra quem Clericum in ſacris Ordinibus conſtitutum, aut Religioſum aliquem temere capi, ſed etiam Archidiaconatus illius, ubi ipſum detineri conſtiterit, ut ipſo facto ceſſetur a Divinis ſub excommunicationis latae ſententiae poena, ſtatuit ſacrum Concilium Moguntinum; ac etiam Statutum Synodale: Verum quia Concilium & Statutum hujusmodi nonnunquam neglectum eſt obſervari ab illis, in quorum favorem dinoſcitur ſtatutum; factum eſt, ut ſaepe morte conterantur, velut vaſa teſtea, Filii Syon inclyti, & ſicut ovis ad occiſionem reputantur ab impiis Eccleſiae filii & Praelati: Nos igitur multa deliberatione praehabita, de Conſenſu Praelatorum atque Cleri, Nobis in hac ſacra Synodo aſſiſtentium, non ſolum Concilium & Statutum ipſa approbamus, verum etiam ipſa innovamus ac ipſis duximus adjungendum, ut & ipſa ſub ſuis poenis, Sententiis & Cenſuris etiam inſtituta forma contra Eccleſiaſticarum rerum Spoliatores & Clericorum in morte depraedatores, per omnia inviolabiliter, poſt-

quam de captivatione, ſpoliatione, detentione aut depraedatione conſtiterit evidenter, infra limites Archidiaconatuum ſupra deſcriptorum, nullo alio mandato deſuper exſpectato obſerventur. Hoc inſuper pro majori Eccleſiaſticae libertatis tutela, dictorumque criminum repulſa ſub eisdem poenis & ſententiis firmiter ſtatuimus & mandamus, quod in nulla Eccleſia, neque Cathedrali neque Collegiata nec etiam Monaſterio aliquo Ordinis S. Benedicti, filii aut nepotes ipſorum, qui Clericum aliquem in Sacris, ut praefertur, conſtitutum, aut Religioſum temere captivaverit, aut captivatum detinuerit, vivum aut mortuum ſpoliaverit; quovis modo, in Canonicos recipiantur, aut in fratres.

II. *De Parochis.*

Quamquam a ſacris Canonibus dudum fuerit inſtitutum, ut Rectores Parochialium Eccleſiarum infra unius anni ſpatium ad Sacerdotium teneantur promoveri; plerique cortici verborum textus juris inhaerentes, Sacramentalem ordinem recipiunt, ſed officium ordini ipſi adnexum differunt exercere: Nos igitur attendentes, quod ſacri Canones non verba, ſed mentem amplectantur, ſacra approbante hac Synodo ſtatuimus & ordinamus; quod Rectores Eccleſiarum Parochialium ſinguli noſtrae Civitatis & Dioeceſis poſt receptionem ſacri Sacerdotii, infra

 unius

unius anni ſpatium ſuſceptionis ordinis hujusmodi immediate ſubſequentis, hoc Sacerdotale officium cum Miſſarum celebratione teneantur debite exercere, ipſumque fideliter diebus, quibus vixerint continuare, niſi deſuper per Nos aut Succeſſores noſtros ex Cauſa, quam Nos aut Succeſſores noſtri duxerimus aut duxerint, ſeu ſaltem ducere debeamus vel debeant reputare, cum eisdem fuerit diſpenſatum, alioquin ipſos, Eccleſiis Parochialibus ſic ſuſceptis privatos eſſe volumus eo ipſo.

III. *De Cohabitatione Clericorum & Mulierum.*

Quamvis per Statuta tam Canonica quam Synodalia, concubinae Clericis ſint gravibus ſub poenis interdictae, nonnulli tamen lumbos continentiae non praecingentes, focarias ſeu mulierculas cauſa concubitus nutriunt atque fovent; univerſis Decanis tam Cathedralis noſtrae Eccleſiae, quam Collegiatarum, nec non ruralium Capitulorum, aut eorum vices gerentibus, diſtrictius praecipimus & mandamus; quatenus infra unius menſis ſpatium a die data praeſentium immediate ſubſequentis, concubinas & focarias hujusmodi a ſuis ſubditis penitus rejiciant, & expellant, alioquin ſanguinem ipſorum de ſuis manibus requiremus. Si vero quisquam Decanis aut vicem gerentibus eisdem rebellis fuerit, ipſum Nobis, aut noſtro in ſpiritualibus Vicario infra

eundem

eundem terminum Decanus ipſe ſignificet rebellantem: a Nobis tamen per Commiſſionem praeſentium, Poteſtatem procedendi contra concubinarios iſtiusmodi nullatenus abdicamus, nec tamen per proceſſum ipſum, ſi quem g) Nos aut noſtrum Vicarium in ſpiritualibus forſitan haberi contigerit, commiſſionem ipſam intendimus aliquatenus revocare, niſi de vocatione ipſa in noſtris inde faciendis litteris mentio fieret.

IV. *De Religione & Veneratione Sanctorum.*

Ne in debita veneratione Sanctorum quisquam noſtrae Civitatis & Dioeceſis a noſtra majori Eccleſia valeat deviare; Feſtivitates per anni Circulum per populum Nobis ſubditum ſolempniter celebrandos, & quos ab olim ipſa noſtra Eccleſia & populus Civitatis ſolempniter celebravit, praeſentibus duximus annectendos, mandantes, quatenus feſtivitates ejusmodi, & nullas alias ſine noſtra ſpeciali auctoritate & licentia noſtro populo celebrandas aliquatenus de coetero indicatis: Feſtum videlicet, Nativitatis Domini noſtri. Sancti Stephani Prothomartyris. S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtae. Sanctorum Innocentium. Circumciſionis Domini. Epiphaniae Domini. Purificationis S. Mariae. Sancti Matthiae Apoſtoli. Annuntiationis ſanctae Mariae. Reſurrectionis Dominicae, Sancti Marci Evangeliſtae.

g) *Supple:* per.

ſtae, ante prandium. Sanctorum Philippi et Jacobi Apoſtolorum. Inventionis Sanctae Crucis. Aſcenſionis Domini. Pentecoſtes cum tribus diebus ſequentibus. Sanctae Trinitatis. Corpus Chriſti. Sancti Viti Martyris. Nativitatis Sancti Joannis Baptiſtae. Viſitationis Sanctae Mariae. Sanctorum Petri & Pauli Apoſtolorum. Sancti Kiliani. Sanctae Mariae Magdalenae. Sancti Jacobi Apoſtoli. Sancti Laurentii Martyris. Aſſumptionis Sanctae Mariae. Nativitatis Sanctae Mariae. Conceptionis Sanctae Mariae. Sancti Bartholomaei Apoſtoli. Sancti Mathaei Apoſtoli. Sancti Michaelis Archangeli. Sancti Burchardi. Sanctorum Simonis & Judae Apoſtolorum. Omnium Sanctorum. Sancti Martini Epiſcopi. Sanctae Eliſabethae viduae. Sanctae Katharinae Virginis. Sancti Andreae Apoſtoli. Anniverſarius Dedicationis & Feſtivitatis cujuslibet Eccleſiae Patroni. Dies quoque Dominicae ſingulae per anni circulum occurrentes.

V. *De Statu Monachorum.*

Quia Religioſi habitum ſuae Religionis non deferentes excommunicati ſunt ipſo jure, plurimi de Ordine ſancti Benedicti ſine ipſo incedunt; quapropter & nos ipſis a Divinis interdicimus. Volumus autem, ut ipſi inantea habitum ſuum Religioni ſuae congruum deferant, Subſtantialia quoque Regulae & Religionis obſervent; alioquin per Cle-

rum

rum nostrae Civitatis & Dioecesis, praesenti Synodali Sanctioni non parentes, in Divinis & extra mandabimus evitari.

VI. *De Decimis.*

Licet omnis Christianus, ad Missarum solempnia aliquid Deo offerre teneatur, & reducere ad memoriam, quod Deus per Moysen dixit: *Non apparebis in Conspectu meo vacuus*, in praecipuis tamen Dei & Sanctorum Festivitatibus per anni circulum occurrentibus, quas juxta nostrae Ecclesiae longaevam consuetudinem VII. fore censemus: Nativitatis videlicet Domini nostri Jesu Christi. Paschae & Pentecostes. Nativitatis Sanctae Mariae. Purificationis. Annuntiationis. Assumptionis, ad oblationes & offertoria omnes & singulos nostros subditos in suis Parochialibus Ecclesiis Sacerdotibus suis Curatis teneri praesentibus declaramus, statuendo.

Praeterea decernimus & districtissime injungimus, & mandamus, ut singuli Ecclesiarum Rectores in praedictis septem festivitatibus Statuta supra scripta; contra Spoliatores & Captivatores Clericorum edita, suo pronuntient de ambone, ne ipsi praetextu ignorantiae eorundem se valeant aliquatenus excusare.

Decimas sacri Canones jnbent sine diminutione & sine expensarum deductione Clericis exsolvi, ideo-

que mandamus, quatenus ipſas de fructibus ſtatim, cum collecti fuerint, & non deductis expenſis cum integritate plenaria exolvant.

VII. *De Accuſatione.*

Poſtremo, quia ad morum correctionem, & controverſiarum diſſolutionem ſemel ad minus in anno Epiſcopalem Synodum ſacri Canones celebrari praeceperunt, ſtatuimus & ordinamus: ut ſingulis annis deinceps, anno immediate ſequenti dumtaxat excepto, omnes et ſinguli Praelati, & Decani rurales, adjunctis ſibi de Clero ſibi ſubdito duobus aut tribus viris idoneis & honeſtis, Feria quarta poſt Dominicam, qua *Jubilate* in Eccleſia Dei poſt Paſcha decantatur, pro Concilio & de quinquennio in quinquennium dicta die generaliter omnes et ſinguli Synodo Epiſcopali intereſſe debentes, ſine nova advocatione, pro generali hujusmodi intereſſe.

Datum Herbipoli Anno Domini MCCCCXI. menſis Octobris die XXIII. noſtri Vicariatus ſub Sigillo.

Deſcripſit Cl. Schannatus ex Codice MS. Coenobii S. Michaelis Bambergae.

SECTIO

SECTIO II.

DOCVMENTVM XIX.

ECCLESIASTICA STATUTA

EPISCOPI WIRCEBURGENSIS

JOANNIS II. A BRUNN

DE ANNO MCCCCXXII. *

In nomine ſanctae & individue Trinitatis Patris & Filii & Spiritus Sancti. Johannes Dei Gratia Epiſcopus Herbipolenſis. Ad perpetuam rei memoriam injunctum Nobis deſuper paſtoralis ſervitutis officium debite & tenemur inſequi coadjuvante Domino cupientes, ad ea libenter noſtre dirigimus intentionis intuitum & diligenter proſpicimus, que reipublice comodum reſpiciunt & utilitatem, ut per noſtre proviſionis auxilium unicuique juſticia reddatur, vicia evellantur, virtutes plantentur, iniqua deſtruantur, ho-

neſta

* Haec Statuta neque in Collectionibus Conciliorum, neque in Collectione Harzheimiana Conciliorum Germaniae inueniuntur; ſed in aliquo Libro ſine die et conſule ſaeculo 15to impreſſo, quod in huiatis Vniuerſitatis Bibliotheca ſub caractere D. 192. fol. 96. inuenitur. Legitur etiam, ſed minus correcte, in LVNIG. Spic. Eccle. Cont. II. p. 1053. ad An. 1452.

nesta reedificentur ac prava transeant in directa & sublatis deformibus reluceant debite reformationis judiciorum ecclesiasticorum decor & pulchritudo ac totius equitatis & justicie exinde proveniant incrementa. Sane licet bone memorie Otto, Gerhardus & nonnulli alii Episcopi Herbipolenses praedecessores nostri plures constitutiones & ordinationes Regimen & gubernationem officialis curie nostre Herbipolensis ceterorumque officialium Judicum, Commissariorum, Advocatorum, Procuratorum, Notariorum & Pedellorum nostrarum Civitatis & Diocesis Herbipolen. judiciorum concernentes laudabiliter pro tempore ediderunt. Quia tamen experientia omnium rerum magistra edocente hominum malicia excrescente postmodum hujusmodi constitutiones & ordinationes aut debite non observate aut additionibus correctionibus & declarationibus utilibus indigere noscebantur. Nos igitur, prout ex debito nostri pastoralis officii nobis injuncti sumus obligati, salubriter & utiliter providere volentes pluribus diversis et variis tractatibus procedentibus maturaque deliberatione prehabita de consensu beneplacito & voluntate Venerabilium nobis in Christo dilectorum Ottonis de Miltz Praepesiti, Richardi de Maspach Decani & Capituli & presertim illorum quorum dinoscitur interesse videlicet dicti Ottonis Prepositi & Archidiaconorum nostrorum ecclesie Herbipolen. & de consilio jurisperitorum auctoritate

noftra ordinaria tenore prefentis duximus ordinandum & ftatuendum. Statuimus & ordinamus modis & formis inferius defcriptis precipientes diftrictiffime, conftitutiones & ordinationes ipfas perpetuis futuris temporibus inviolabiliter obfervari.

In primis itaque ftatuimus & ordinamus, ut Prepofiti Archidiaconi & ceteri jurisdictionem ecclefiafticam in civitate & Diocefi noftris herbipolen. obtinentes de cetero habeant officiales non laicos nec uxoratos fad clericos bone fame & honefte converfationis, in jure peritos & expertos, noticiam caufarum habentes, vel faltem duo vel plures ex judicibus ipfis talem peritum habeant in jure officialem, fi comode poffint; fi autem bono modo tales officiales, ut premittitur in jure peritos habere non poffunt, tunc habeant officiales idoneos faltem aliqualiter intelligentes & expertos, qui de confilio jrisperitorum fententias tam difinitivas quam interlocutorias ferant, prefertim in caufis matrimonialibus, in quibus aliquod dubium fuerit & aliis gravibus & arduis caufis ac negotiis in ipforum judiciis pro tempore agitandis: fententias vero per uxoratos vel laicos officiales in caufis ecclefiafticis latas vel ferendas ipfo jure decernimus nullas. Infuper nullus judicum predictorum officialem preficiat, vel confiftorium teneat extra civitatem herbipolen. nec caufas majores vel etiam minores judicialem requirentes indaginem & maturam

dif-

diſcuſſionem extra eandem civitatem noſtram decidere praeſumat, niſi diſtantia loci aut perſonarum litigantium qualitas ſeu paupertas vel alia juſta rationabilis & notoria cauſa ſubeſſet dolo & fraude quomodolibet excluſis.

Item inhibemus, ne officialis curie noſtre de cauſis coram Archidiaconis inceptis & pendentibus ſe intromittat niſi per appellationem ad ipſum devolverentur. Ipſique etiam Archidiaconi de cauſis inceptis vel pendentibus coram eodem officiali noſtre curie nullatenus ſe intromittant. Item quod nullus ad patrocinandum in judiciis eccleſiaſticis tanquam advocatus de cetero admittatur, niſi prius per dominum Prepoſitum officialem curie & tres Archidiaconos eccleſie noſtre herbipolen. Seniores ſeu per eos quos ipſi Prepoſitus officiales & tres Archidiaconi ad hoc duxerint deputandos approbatus fuerit & admiſſus, ac juramentum infra ſcriptum publice coram perſonis predictis preſtiterit. Nec debet aliquis aſſumi in advocatum niſi fuerit ſufficiens & jdoneus in ſcientia & cauſarum experientia repertus, bone fame & converſationis honeſte, ac gravis in moribus & in patrocinando fidelis & diligens & in conſiliis cautus.

Volumus etiam, ut advocati libellis poſitionibus & articulis exceptionibus replicationibus conſiliis & ceteris cauſarum actis per eos concipiendis ſeu formandis nomine proprio ſe ſubſcribant.

Item

Item ſtatuimus & ordinamus, ut officiales & judices ſint parati & ſolliciti in exhibenda juſticia partibus ipſis litigantibus, quod ex hoc merito poſſint recommendari, quodque libellos articulos poſitiones exceptiones replicationes & alia acta judicialia ad officium advocatorum expertorum pertinentia ſaltem in cauſis arduis & gravibus non admittant, neque apud acta cauſe redigi faciant vel permittant, niſi alicujus advocati vel juriſte ſeu in legibus vel canonibus gradatim jurati ſigno vel proprio nomine fuerint ſignata, ut ſupra in ſecundo articulo. Ipſi etiam judices & officiales in cauſis coram eis pendentibus magnis gravibus & arduis, in quibus ordine judiciario proceditur, non procedant niſi preſenti notario publico, qui ſingula neceſſaria, que aguntur, fideliter deſcribat, ut de actis & meritis cauſe per legitima documenta conſtare poterit, ſi hoc ex aliqua cauſa fuerit oportunum.

Item diſtrictiſſime prohibemus, ne quis in eadem cauſa vel coram uno & eodem judice duo preſumat exercere officia, ſaltem de quatuor officiis principalibus, videlicet judicis, Advocati, Procuratoris vel Notarii. Et quicunque contrarium facere preſumpſerit, per ſex menſes ab omnibus officiis ſit ipſo facto ſuſpenſus. Et ſi ſecundario in hoc repertus fuerit culpabilis, ſit & maneat infamis ac perpetuo ab omnibus officiis ſuſpenſus, poterit tamen eſſe uni-

us

us officialis unius judicis & notarius alterius & ſic de aliis officiis ſuo modo.

Poterint etiam officiales in parvis cauſis ſive ſimplicibus ſeu minimis petitiones reſponſiones & alia occurrentia ſcribere ad regiſtra ſua & expedire cauſas ad parcendum laboribus & expenſis partium. Inſuper quia officium advocatorum debet eſſe honorabile, ideo ipſi advocati mature & graviter ſe gerere debent.

Item inhibemus, ne quis advocatus juratus preſumat ſine licentia noſtra ſeu Vicarii in ſpiritualibus pro tempore exiſtentium in aliquo judicio exercere, continue officium notariatus, poterit tamen quandoque in cauſis particularibus exercere officium notariatus, ſi requiſitus fuerit.

Item volumus quod ſi aliqua ardua dubia vel difficultatis juris in cauſis coram dictis judicibus vel officialibus emerſerint, ſuper quo advocati ſeu patroni utriusque partis diſceptaverint, judex ſeu officialis ſi ſibi expedire videbitur, hujusmodi dubium ſeu difficultatem non diffiniat, niſi convocatis ipſarum partium advocatis & aliis jurisperitis in civitate herbipolenſi exiſtentibus, qui etiam vocati breviter teneantur ſuper hujusmodi dubii diſcuſſione relationes publicas facere & audire, ne judicem vel officialem ex inprovida cauſarum expeditione & ſententie promulgatione penitere contingat. Et ne partes vexentur laboribus

bus & expenſis inutilibus, prout, proh dolor, ſepius extitit expertum.

Item ordinamus, ut fiant diſtinctiones audientiarum ſive judiciorum ad evitandum confuſiones. Et ut advocati, procuratores & notarii eo liberius & convenientius circa cauſas ſibi commiſſas intendere valeant, ita videlicet, ut Officialis curie noſtre Herbipolen. pro tribunali ſedeat publice in loco ſolito & conſueto, ſecunda, quarta & ſexta feriis duntaxat hora veſperarum, niſi feſta vel ferie impediant; Vicarius vero noſter in ſpiritualibus tertia, quinta & ſabbato de mane hora tertiarum: ceteri vero Officiales Dominorum Archidiaconorum predictis tertia & quinta feriis ac ſabbato hora veſperarum judicia ſua exerceant.

Item diſtrictiſſime & in virtute ſancte obedientie precipiendo mandamus, ne Officialis curie noſtre vel ceteri Judices eccleſiaſtici vel eorum Officiales ſeu Commiſſarii in cauſis mere prophanis de cetero procedant, vel procedi ſcienter permittant, nec citationes ſeu aliquos proceſſus in ipſis cauſis mere prophanis ſcienter decernant, ſive tradant, niſi hujusmodi cauſe prophane ex circumſtantiis & qualitate perſonarum & cauſarum de antiqua conſuetudine laudabili & praeſcripta ad examen judicis eccleſiaſtici pertinerent, veluti ſi proponitur in cauſa inter ipſos litigantes fidem manualem loco preſtiti juramenti datam, ſeu judices temporales ve

feculares in adminiftranda jufticia parti conquerenti debite requifitos fuiffe negligentes, feu jufticiam denegaffe. Aut fi clericus five beneficiatus contra laicum agere velit, & cum eo fuper caufa perfonali prophana aut criminali experiri, aut fi confenfus ambarum partium ad hoc acceflerit, quibus cafibus caufe in ecclefiaftico foro audiri poterunt & diffiniri. Volumus tamen, quodfi conquerens proponens jufticiam fibi denegatam vel judicem fuiffe negligentem, aut fidem manualem loco juramenti preftitam, vel quid fimile, quod hoc in citatione fibi tradenda clare exprimatur.

Et fi in proceffu caufe contrarium repertum fuerit, vel quod ipfe conquerens falfe vel dolofe expofuerit, in expenfis & intereffe parti adverfe condemnetur, & caufa ipfa absque protractione ad judicem fecularem remittatur, & ab inftantia judicii abfolvatur.

Item, ut premiffa melius obferventur, & ut judices feu procuratores vel figilliferi ignorantiam eo minus pretendere valeant, vel fe frivole excufare, volumus & mandamus, ut in fingulis citationibus decernendis, tradendis & exequendis exprimatur in ipfa citatione fummarie fub verbis claris & brevibus caufa ipfa, quare pars rea citatur, ut fic etiam expediri poffit caufa, an videlicet prophana vel ecclefiaftica; citationes vero aliter exeuntes & expedite & omnis

omnis processus inde secutus ipso jure nullius sit roboris vel momenti, neque pars rea citata erit obligata ad comparendum causa, ut premittitur, in citatione non expressa. Idem volumus observari in causis, in quibus per monitionem absque citatione previa fuerit processum, ut videlicet in monitione ipsa causa exprimatur.

Item statuimus & ordinamus, quod nullus ad publicum procurationis officium in civitate vel Dioecesi nostris Herbipolen. de cetero admittatur, nisi de diligentia & fidelitate, probitate ac aliqua experientia & practica fuerit commendatus, ac super his & aliis ad hujusmodi officii exercitium necessariis per Prepositum & Officialem curie nostre ac tres Archidiaconos seniores, seu per eos deputandos, fuerit diligenter examinatus, idoneus repertus & admissus, & juramentum Procuratorum infra descriptum prestiterit in forma consueta.

Item nullus ex dictis Procuratoribus sit injuriosus verbo vel scriptura in causarum procuratione, nec causas, quas noverit injustas, iniquas vel alias desperatas recipiat, nec pro causarum defensione ad eas diutius maliciose protrahendas materias det ac proponat admissibiles, quas non veras esse sciat aut credat, aut non probabiles per partem suam. Quodsi quis Procuratorum in hoc culpabilis repertus fuerit,

 per

per cauſe judicem, qui hoc noverit, aut in altero premiſſorum eum deprehenderit, quando ſibi de hoc conſtiterit, perpetuo, vel ad tempus, prout caſus exigit, a procurationis officio ſuſpendatur, & alias ſecundum caſus exigentiam puniatur.

Inſuper volumus obſervari, ſi Procurator per corruptionem vel aliam maliciam in cauſis, quas defendendas ſuſcepit, & eas ſcienter vel per ejus negligentiam perdiderit, in leſionem juris ſue partis ad quecunque damna & expenſas ultra predicta reſtuenda teneatur.

Item ut refrenetur effrenata multitudo Procuratorum, volumus, ut de cetero dumtaxat ſint ſex Procuratores jurati, & ultra illos ſex nullus preſumat officium procurationis exercere ſub pena expulſionis de civitate & dioeceſi Herbipolen.

Item nullus Procuratorum de quacunque cauſa ſe intromittat judicialiter in ea procedendo nomine procuratorio, niſi apud acta vel alias legitime fuerit conſtitutus, de qua conſtitutione debite facere debet fidem; Alioquin parti adverſe in expenſas condemnetur: niſi ſaltim pro reo caveat ſub certa pena, videlicet quod ſufficiens mandatum in termino competenti per judicem aſſignando producat, aut ſi conjuncta fuerit perſona vel conſors ejusdem litis cum ſufficienti cautione de rato.

Item

Item quod, quicunque Procurator in quacunque causa onus procurationis assumpserit, litem prosequi teneatur & defendere dominum suum usque in finem litis, nec pretextu sollarii, de quo cautus esse debet, se poterit excusare. Alioquin per judicem juris remediis ad hoc compellatur, & parti adverse ad expensas & interessa condemnetur.

Item mandamus, quod nullus Procuratorum pro domino suo aliquid de facto in judicio respondeat vel proponat, maxime per juramentum, nisi super hoc a parte sua plene fuerit instructus sive informatus, & secundum informationem sibi factam meram proponere & respondere debet veritatem sic, ut perjurii penam & gravem ultionem voluerit evitare.

Item Procuratores predicti quemlibet permittant adire libere a principio judicem suum competentem, quem maluerit, nec aliquem ad illum vel alium judicem potius adeundum vel frivole appellandum, seu aliam maliciam aut fraudem committendam inducant, nec per se ipsos talia facere attemptent. Et si circa aliquod premissorum aliquem deliquisse convincatur, per judicem, cujus judicium partem declinare fecit & aliud adire, seu in cujus judicio maliciam vel fraudem commisit, animadversione digna ad arbitrium illius judicis secundum qualitatem delicti puniatur.

Item nullus de cetero ad exercendum officium officialatus cujuscunque Archidiaconi ad habendum ſigillum pro ſigillando litteris ſeu proceſſibus judicialibus alicujus Archidiaconi ſeu etiam Curie noſtre, ſeu ad exercendum officium Notariatus admittatur, niſi prius coram Prepoſito eccleſie & officiali Curie noſtre & tribus Archidiaconis ſenioribus, ſeu per ipſos deputandos, preſtiterit juramenta infraſcripta. Omnia etiam per ipſos Officiales & Notarios in judicio vel extra acta, geſta & facta per ſigilliferos ſigillata, antequam hujusmodi juramentum preſtiterint, ipſo jure ſint nulla & irrita, & alias ad noſtrum arbitrium ſeu ſucceſſorum noſtrorum aut Vicarii in ſpiritualibus graviter punientur. Volumus etiam, ut Officialis Curie noſtre, qui pro tempore aſſumetur, antequam officialatus exerceat officium, nobis & ſucceſſoribus noſtris jurare teneatur, quod hujusmodi ſtatuta & ordinationes, in quantum ipſum & officium ſuum concernunt, fideliter obſervabit.

Item inhibemus, ne aliquis Advocatornm ſeu Procuratorum paciſcatur cum parte de certa quota litis, nec Advocatus cum Procuratore vel Procurator cum Pedello aut vice verſa conveniant de ſollario inter eos dividendo, vel aliqua alia certa portione ſublevanda. Culpabiles in premiſſis inventi per judicem pena infamie notentur. Officiales etiam & judices

dices nullatenus conveniant cum Notariis coram eis ſcribentibus de certa quota ſollarii Notario debita cum ipſis dividenda.

Item volumus, ut certus habeatur numerus pedellorum ac nunciorum juratorum, videlicet ſex in numero ad citandum, referendum, mandata deferenda, & exercenda, que officium ipſorum requirit. Tales etiam nuncii tam in civitate Herbipolenſi quam ad litteras deferendas omnibus & ſingulis Archidiaconis, officialibus & judicibus debent eſſe communes, & mittendi per campos arma judicum vel alia ſigna deferant ante ſe in pixide in aperto, per que, quod veri & jurati ſint nuncii, diſcernatur, niſi forſan quandoque propter metum vel aliqua cauſa rationabili duxerit ſuperſedendum. Nullus etiam recipiatur pro nuncio vel pedello, niſi prius ſolidum preſtiterit in preſentia Officialis & aliorum ſuperius expreſſorum juramentum; permittimus tamen, quodſi aliquis ex judicibus ſeu ex Archidiaconis predictis ſpecialem voluerit habere pedellum, hoc poterit, dummodo talis pedellus coram dictis perſonis juramentum infraſcriptum ipſum concernens preſtiterit in forma debita.

Item nuncii ſeu pedelli jurati litteras ſeu mandata ipſis preſentata illis, quibus ſunt preſentanda, realiter cum effectu preſentent, & nullatenus fraudulenter illas vel illa lacerent vel abſcondant. Et ſi

quis in hoc repertus fuerit culpabilis, per judicem ab officio ad tempus vel perpetuo ſacundum qualitatem delicti ſuſpendatur, & alias ad arbitrium judicis puniatur.

Item ſi nuncius juratus neglexerit aliquam litteram preſentare tempeſtive, tunc illam propriis ſub expenſis faciant reformare, niſi juſta & rationabili cauſa merito excuſetur. Ipſi etiam nuncii ſeu pedelli in itinere ad portandas litteras vel proceſſus judiciales conſtituti nullateuus cum taxillis pro pecuniis ludere praeſumant, vel aliquas inſolentias faciant, per quas iter ſuum impediri valeat, ſeu judicia vel jurisdictiones aut judices vel Officiales vituperia, ſcandala vel oblocutiones merito patiantur. Et ſi culpabiles in hoc reperti fuerint, pro qualibet vice unum florenum auri Renenſem ſolvant fabrice eccleſie noſtre herbipolen., & ad arbitrium judicis nihilominus puniantur.

Volumus inſuper, ut, quotiens judicum vel officialium citationis vel monitionis executio vel intimatio in tantum fuerit retardata, quod perſona citanda vel monenda, ſeu ejus reſponſalis, in termino citationis vel monitionis propter proquinquitatem ipſius termini, conſiderata longinquitate ſeu diſtantia loci, computando videlicet ad minus ſaltem duo milliaria pro qualibet die inter intimationem factam & terminum citationis vel monitionis, non poterit commode

mode comparere, tunc hujusmodi citatio vel monitio per plebanum, ſeu alium, cui ipſa littera directa vel preſentata fuerit, mandari executioni non debet. Perſona quoque citata minime comparere tenetur.

Item citationes, monitiones &c. alii proceſſus parti ree perſonaliter vel ſaltem per plebanos, vel viceplebanos, vel alios Capellanos ſeu divinorum rectores in ambonibus eccleſiarum diebus dominicis & feſtivis dumtaxat in audientia plebis ſeu populi publicari & publice intimare de cetero, ut ab antiquo eſt fieri conſuetum, debebunt.

Item ſi citatus in termino non comparuerit per ſe vel jdoneum reſponſalem, accuſat actor ſeu ejus Procurator contumaciam rei docendo, ſi bono modo poterit, de executione, citatione per ſigillum ſeu ſubſcriptionem illius, qui ad executionem ipſius mandati fuerit deputatus, vel per nuncii jurati fidelem relationem, & hoc regiſtretur & petatur monitio in forma debita decerni contra contumacem; alioquin, ſi proceſſum fuerit contra aliquem tanquam contumacem, & de contumacia citati ac comparitione actoris vel ſui Procuratoris non conſtiterit per regiſtrum cauſarum, omnis proceſſus inde ſubſecutus ſit invalidus, reusque ſine difficultate abſolvatur, & actor ipſi reo in expenſis condempnetur. Si autem in termino citationis actor contumax fuerit, cujus contumacia major eſt, quam rei, & reus

comparuerit, ex tunc actor condempnetur citato in expensis, nec ad citationem aliam obtinendam admittatur, nisi cum cautione debita ulterius fideliter comparendo. Si autem in termino citationis actor & reus ambo contumaces fuerint, fiat compensatio hinc inde.

Item inhibemus judicibus & officialibus prefatis, ne in causis coram ipsis pendentibus per saltum scienter procedant. Quod si factum fuerit, processus ipso jure sint nulli, plebanique & ceteri executores requisiti ad executionem seu observantiam mandatorum seu processuum per saltum fulminatorum vel emissorum minime teneantur, & in hoc culpabilis repertus reo ad interesse ac in expensis condemnetur, & ad arbitrium judicis debite puniatur. Debent tamen ipsi plebani & ceteri executores de hujusmodi exorbitanti processu judici causae fidem facere per propria scripta ac relationem fidelem; sed si plebanus vel executor processum asseruerit per saltum fore processum, vel se priores processus non recepisse, si de mendatio convictus fuerit, per judicem causae animadversione condigna puniatur ad arbitrium judicis.

Item suspensionum, excommunicationum, aggravationum, reaggravationum sententiae & aliorum processuum litterae per dictos judices, seu eorum officiales, seu commissarios debent fieri sub de-

bita

bita juris forma, nec non debitis & ab antiqua consuetudine introductis temporum intervallis, ita videlicet, quod inter unum & alium processum, scilicet inter precedentem antea utique debite executum & inter subsequentem recipiendum ac etiam intimandum sit ad minus unius quindene intervallum elapsum.

Processus aliter sublimati nullius sint roboris vel momenti, actor etiam sive Procurator reo ad interesse & expensas teneatur, & alias ad arbitrium judicis puniatur.

Item ad obviandum gravibus animarum periculis ac diversis scandalis volumus & mandamus, ut post processum inhibitionis communionis seu littere participantie communiter nominate non immediate ad interdicti ecclesiastici vel inhibitionis ecclesiastice sepulturae promulgationem procedatur, sed prius premittatur processus talem continens effectum, videlicet ut moneantur officiati, sculteti, scabini jurati majores & potiores suo ac universitatis hominum nomine, ut infra quindenam post hujusmodi monitionem excommunicatum &c. extra suae communionis consortia a dicti loci terminis ejiciant penitus & excludant, vel saltem reum ad hoc teneant, & cum effectu inducant, ut se medio tempore actore cum praedicto amice vel in jure componat, seque ab excommunicatione humiliter absolvi procuret.

Et

Et si illo non obstante processu in censuris nihilominus sorduerit, tunc post quindecim intervallum dierum cessatio divinorum in locis, in quibus excommunicatus ipse aggravatus & reaggravatus visus fuerit, vel moram traxerit, in forma debita fulminetur. Et quindecim diebus ex post elapsis, si ipsius excommunicati contumacia exegerit, poterit poni cessatio divinorum post ipsius recessum ad tres dies, et deinde post quindecim dies ad novem dies, istisque processibus successive fulminatis, poterit tunc demum in casibus a jure permissis procedi cum maturitate ad interdicti ecclesiastici observantiam & ecclesiastice sepulture inhibitionem juxta contumacie & protervitatis exigentiam, servatis gradibus intervalli & formis in cessatione divinorum superius expressis; processus vero aliter fulminati ipso facto sunt nulli, actorque, seu ejus Procurator in hoc culpabilis teneatur reo ad expensas & interesse, tunc nihilominus per judicem secundum qualitatem delicti graviter puniatur; in casibus tamen, ubi propter spoliationem seu captionem personarum ecclesiasticarum, seu pedellorum vel nunciorum juratorum, seu pro defensione ecclesiasticae libertatis & judiciorum ecclesiasticorum, vel alias in casibus a jure vel statutis sinodalibus permissis fuerit ex officio procedendum, predictus ordo usquequoque non erit observandus, sed tunc procedi poterit debite, prout negotii qualitas requirit.

Item

Item cessatio a divinis, inhibitio ecclesiasticae sepulture & sententia interdicti tantum deinceps promulgentur in ecclesia parochiali villae, opidi seu loci dumtaxat, infra cujus limites persona excommunicata, in cujus contumaciae penam sic proceditur, domicilium habet, vel residet, seu moram duxerit, & nullatenus extendatur ad alias ecclesias etiam filiales a matricibus ecclesiis separatas.

Item Officiales, judices & alii sigillatores nullam litteram sigillent, nisi prius littera ipsa visa & lecta fuerit per eos ac diligenter examinata. Et si hujusmodi litterae vel processus in stilo debito, congruitate, materia vel forma peccent, nullatenus sigillum apponant, & si forte appositum fuerit sigillum, dilacerent, sigillum etiam nullatenus apponant ad membranas non descriptas vel ad citationes, in quibus terminus comparitionis, vel nomen actoris, vel rei datae littere non est descriptus, nec alias spacium vacuum in litteris ipsis sive processibus infra principium & finem littere fieri permittant, ad evitandum fraudes sepius in talibus experientia docente commissas. Terminus etiam in citatione comprehensus nullatenus debet radi vel deleri, vel alius terminus comparitionis interlinialiter vel in spacio seu alias inscribi sub gravi pena talia dolose committenti infligenda.

Item

Item Notarii causarum diligentes & attenti existant in commisso eis officio, omnesque actus judiciarios clare, distincte & substantialiter in manuali suo seu memoriali in judicio, coram quo scribunt, & in presentia partium, si exspectare voluerint, conscribere non postponant. Et postquam conscripserint in registrum, si per judicem aut partes vel earum aliquam requisiti fuerint, fideliter redigant, vel redigi faciant in formam publicam, requisiti etiam ab ipsis partibus vel earum aliqua, in singulis terminis successive copiam, cum per judicem decreta fuerit, sine fraude & difficultate quacunque faciant, salvo eorum justo sollario.

Item examinatio testium debita cum diligentia & cum maturitate fieri debet, non quidem per imperitos & inexpertos Judices & Notarios, sed adhibeatur semper aliquis in his peritus & expertus & partibus non suspectus, alias si per ignorantiam vel imprudentiam examinatoris surgat lesio alicujus partis, idem examinator ad refusionem expensarum, damnorum & interesse teneatur, arbitrarie nihilominus per suum Superiorem puniendus.

Item volumus, ut judices & Officiales in causis, in quibus judicialiter coram eis fuerit procedendum, debite procedant, partibus justitiam ministrent, lites, in quantum poterunt, faciant breviores, amputent dilationis materiam, Exceptiones, appella-

tiones

tiones & dilationes fruſtratorias repellant, partium Advocatorum & Procuratorum contentiones & jurgia teſtiumque ſuperfluam multitudinem refrenent, & alias taliter in omnibus mature ſe habeant, ne partes ex proceſſu indebito laboribus & expenſis contra juſtitiam graventur.

Item Officiales & Commiſſarii Dominorum Archidiaconorum officium viſitationis exercentes parochias ſive perſonas viſitatas indebitis ſeu oneroſis procurationibus ſive exactionibus gravare aliquatenus non preſumant, neque ſumptuoſas & ſuperfluas expenſas querant, ſed cum gratiarum actione accipiant id, quod honeſte & competenter eis fuerit miniſtratum, ac in cunctis agendis taliter procedant, ut non que ſua ſunt, ſed Jheſu Chriſti, querere videantur. In Sinodis etiam per eos celebrandis non inquirant nec corrigant crimina ſecularia ſive temporalia, que ad correctionem judicum ſecularium pertinent, neque de columbariis vel emptionibus & venditionibus, ſeu de illis, que circa pondera & qualitates rerum vendibilium pro uſu humano & ſimilium falſitatem committunt. De peccatis etiam & delictis laicorum, quorum correctio ſeu poenitentiae impoſitio ad plebanos ſeu Sacerdotes in foro animae pertinet, ſe nullatenus intromittant, niſi ſuper his per plebanos fuerint requiſiti &c. Et dumtaxat de criminibus eccleſiaſticis, non quidem minimis, ſivè

par-

parvis vel occultis, ſed gravibus & manifeſtis, debite inquirant & corrigant, ut puta de adulterio & fornicatione, ſacrilegio, uſura, inceſtu, de illicite in matrimonio conjunctis, de malefactoribus & invaſoribus eccleſiarum, & uſurpantibus jura ipſarum, ac violatione libertatum eccleſiaſticarum, & ſimilibus. Nullatenus tamen de crimine hereſis vel ſimiliter cognoſcendo vel decidendo, ſeu in caſibus nobis vel Superioribus noſtris a jure vel conſuetudine reſervatis abſolvendo, vel diſpenſando, quomodolibet ſe intromittant, ſed ad nos ſeu ad Vicarium noſtrum generalem in ſpiritualibus remittant. Proceſſus etiam penales generales vel ſpeciales contra ſpoliatores rerum ſeu perſonarum eccleſiaſticarum, ſeu alias per ſtatuta provincialia & ſinodalia fulminatos ſive edictos nullatenus diſcernant vel concedant, ſed ad nos vel Vicarium noſtrum in ſpiritualibo exequendum remittant, ſicuti ab antiquiſſimis temporibus obſervari conſuevit. Item nullus Judicum officialium ſeu commiſſariorum de cetero per ſe, ſeu per quamcunque ſubmiſſam perſonam citare aut monere, aut alias quomodolibet requirere preſumat clamdeſtine ſeu ſecrete virum vel mulierem jurisdictionis ſue, ut ſecum ipſo ſuove Commiſſario in hac parte occaſione accuſationis aut inquiſitionis, vel denuntiationis aut delationis, ſeu diffamationis ipſius perſonae ſubditae ſuper adulterio ſeu fornicatione, aut

alio

alio crimine quoviscunque, expediat vel componat, aut pecuniam exquisita iniquitate extorqueat vel recipiat, aut fieri id permittat; prout nobis, quod dolenter referimus, de plerisque personis non sine dispendio subditorum nostrorum ac plurimorum scandalo est delatum. Contrarium facientes ab officio judicandi per annum sint suspensi, & aliter secundum qualitatem delicti puniantur. Et si in hoc pluries deliquisse convincantur, sint infames & a Diocesi Herbipolen. expellendi.

Item districte inhibemus, ne Officiales & alii ex officio contra aliquem super crimine vel criminibus inquirant, nisi talis fuerit in Sinodo denunciatus, vel diffamatus, vel notabiliter suspectus. Et si talis innocentem se pretenderit, danda erit sibi libertas defendendi viis & modis licitis & justis. Et si de hujusmodi crimine, de quo diffamatus fuerit, convinci non potest, poterit ad expurgationem sine difficultate admitti, prout volunt canonica instituta. Criminosos etiam notorios sive manifestos convictos, condemnatos vel confessos debite secundum qualitatem delicti & persone, circumstantiis consideratis, spiritualiter seu temporaliter, prout saluti illius criminosi videbitur expedire, animadversione condigna puniant, & in omnibus taliter agant, ut semper circa salutem animarum incedant, & nullatenus propter questum pecuniarum sustineant aliquos sordescere

in delictis, prout, proch dolor, de die in diem experimur.

Item contra omnes & ſingulos cujuscumque ſtatus homines viſitationes, accuſationes ſive denunciationes ſinodales, ſeu correctiones criminum impedientes, ſeu impedimenta praeſtantes, procedatur via juris, ſi viſum fuerit expedire, praeſertim contra illos, quos absque gravi periculo procedi poterit. Et compellantur tales impeditores per cenſuram eccleſiaſticam & per alia juris remedia, ut tales denunciationes ſinodales, & correctiones, de cetero admittant, nec publice vel occulte per ſe vel alios, directe vel indirecte, quovis queſito colore impediant, in forma meliori, qua id fieri poterit.

Item quotienscunque juramenta infra deſcripta ab Advocatis, Officialibus, Sigilliferis, Procuratoribus, Notariis ſeu Pedellis aſſumptis vel aſſumendis pro tempore recipienda & preſtanda, extunc Officialis Curiae noſtrae requiſitus ſignificabit, ſeu intimari faciet per Pedellum, aut alios, debite Praepoſito & tribus Archidiaconis Senioribus Eccleſiae noſtrae Herbipolen. ut certis loco & hora per ipſum officialem aſſignandis preſentes ſint, ſi voluerint, ad videndum recipi juramentum a tali, & intimatione ſic ipſis Prepoſito & tribus Archidiaconis facta, ſi preſentes fuerint, advenientes loco, die & hora aſſignatis, liberam & plenam habebunt poteſtatem recipiendi

cipiendi juramenta, absentia aliorum non obstante, & si aliquod dubium forsan in premissis occurrerit, vel controversia, extunc pro hujusmodi dubii vel controversie decisione ad nos & successores nostros Episcopos, sive ad Vicarium in spiritualibus pro tempore existentem, recursus erit habendus. Et si forsan aliquis ex predictis Preposito sive Archidiaconis noluerit vel non potuerit esse praesens, poterit, si sibi placuerit, aliquem honestum loco sui deputare.

Mandamus etiam Officiali Curie nostre, ut ipse librum sive libellum de pergameno componi faciat, in quo Statuta & Ordinationes hujusmodi debite in bona & convenienti scriptura describantur, ut quilibet, qui voluerit, exinde copiam habere valeat.

Statuimus etiam & ordinamus, quodsi Officialis Curiae nostrae, aut praefati Archidiaconi, aut eorum Officiales negligentes fuerint vel remissi ad corrigendum istos, qui contra nostra Statuta hujusmodi aliquid facere temere attemptarunt, sic quod infra quindecim dies, postquam eis constiterit de hujusmodi excessu perpetrato, tales culpabiles, prout ad eos & quemlibet eorum spectat, punire non curaverint, sive curaverit, extunc potestas corrigendi ipsos delinquentes & etiam Officiales seu judices, ut premittitur, in puniendo negligentes ad nos et successores nostros Episcopos & ad Vicarium in spiritualibus generalem pro tempore existentem de-

volvatur. Ceterum, quia laboranti non eſt debite mercedis exhibitio deneganda, expedit, ut per Statuta & Ordinationes certus modus rationabilis & diſcretus aſſignetur, per quem Judicibus, Procuratoribus, Scriptoribus, Notariis & Pedellis per eorum ſollaria moderate ſatisfaciat, & litigantes, qui litigiorum involvuntur anfractibus, & plerumque fatigantur laboribus diuturnis, ſuperfluis expenſarum effuſionibus non graventur.

Item Advocati, Procuratores & Notarii recipiant ſollaria moderata juxta qualitatem negotiorum & perſonarum, ponderatis circumſtantiis & currentibus, ſic quod partes ultra modum ſeu alias indebite non graventur. Quodſi Advocatus, Procurator ſeu Notarius exceſſivum exegerit ſollarium, ad arbitrium judicis ipſius cauſe ſollarium ipſum debite moderetur, habito deſuper conſilio aliorum Advocatorum, Procuratorum ſeu Notariorum. Et ſi quis frequenter repertus fuerit impudicus aut immoderatus exactor ſollarii, per judicem puniatur, vel ab officio ſuſpendatur, prout judici videbitur expedire.

Item Procurator in cauſis communibus pro quolibet termino judiciali recipere poterit quatuor denarios monetae currentis. In gravibus vero cauſis, ſi litigantes habundant, duplum recipiant.

Item

Item pro Citatione, in qua causa est exprimenda, recipi debent duo denarii pro scriptore & unus denarius pro sigillo.

Item pro monitione duo denarii scriptori & duo denarii pro sigillo.

Item pro littera crescente scriptori duo denarii & pro sigillo tres denarii.

Item pro littera participantis scriptori duo denarii & pro sigillo tres denarii.

Item pro processu simplicis cessationis a divinis tres denarii scriptori & pro sigillo quatuor denarii.

Item pro cessatione a divinis ad triduum scriptori tres denarii & pro sigillo quatuor denarii.

Item pro cessatione ad sex dies scriptori tres denarii & pro sigillo quinque denarii.

Item pro cessatione ad novem dies scriptori tres denarii & pro sigillo sex denarii.

Item pro processu interdicti ecclesiastici simplicis quatuor denarii scriptori & pro sigillo octo denarii.

Item pro processu interdicti ad tres dies scriptori quatuor denarii & pro sigillo decem denarii.

Item pro processu interdicti ad sex dies scriptor quatuor denarii & pro sigillo duodecim denarii.

Item pro processu interdicti ad novem dies scriptori quatuor denarii & pro sigillo quatuordecim denarii.

Item pro processu interdicti ad duodecim dies scriptori quatuor denarii & pro sigillo sedecim denarii.

Item pro scriptura cujuslibet absolutionis & interdicti relaxationis & effectus tres denarii.

Item pro simplici absolutione usque ad cessationem divinorum duodecim denarii pro sigillo.

Item pro absolutione cessationis divinorum quotcunque dierum pro sigillo quindecim denarii.

Item pro relaxatione interdicti ecclesiastici quotcunque dierum viginti-quatuor denarii pro sigillo.

Item pro effectu cujuslibet processus penalis duodecim denarii.

Volumus tamen & mandamus, ut is, qui excommunicatum absolvit, ultra dictos denarios scriptori & sigillifero solvendis penitentiam sive emendam specialem secundum qualitatem negotii & persone imponat; consideratis circumstantiis; in hoc ponderandum; ut, si diu sententiis sorduit, & plures processus sunt contra eum fulminati, secundum hoc graviorem emendam imponat, ad jejunandum videlicet, vel ad faciendum elemosinas, seu ad solvendum ad pios usus pecuniam, sive ad dandum ceram pro candelis utendis ad divina officia; presertim in ecclesiis eorum parochialibus, sub quibus degunt ipsi excommunicati, vel alibi, & sic de similibus secundum discretionem absolventis. Ordinamus etiam, ut de denariis pro citatione & aliis processibus penalibus

nalibus ſuperius expreſſis ſolvendis nulla fiat per ſcriptores & ſigilliferos remiſſio, niſi Judicibns, Archidiaconis & eorum Officialibus ac Advocatis, Procuratoribus & notariis in propriis cauſis agentibus, qui merito ſpeciali prerogativa gaudere debent.

Circa tamen abſolutiones fiendas ſuperius expreſſas poterit propter nobilitatem, paupertatem, duriciam, ſeu aliam cauſam, fieri remiſſio in parte vel in toto, prout expedire videbitur; de ſpeciali etiam & expreſſo mandato Domini ſui poterint Officiales quandoque remittere pecunias ſuperius taxatas.

Item pro nuncio deferenti litteras ſive proceſſus inter partes pro quolibet milliari computentur duo denarii & non ultra, nec ad plus ſolvendum obligetur aliquis in taxatione expenſarum.

Item nuncio in civitate Herbipolen. citanti & referenti dabuntur duo denarii.

Item Notarius cauſae in judiciis extraordinariis pro regiſtranda contumacia ſive comparitione alicujus ſive aliquorum pro qualibet perſona recipiet duos denarios.

Item pro ſingulis aliis terminis judicialibus regiſtrandis tres denarios.

Item ſi non offertur libellus, ſed petitio verbis proponitur & in actis petitur regiſtrari, pro regiſtratione recipiat Notarius quatuor denarios.

Item pro recessibus de registro seorsum scribendis Notario tres denarios & pro sigillo quatuor denarios.

Item si forsan recessus esset nimis prolixus propter protestationes Procuratorum seu partium, vel alia de causa, recipiatur duplum pro Notario, sed pro sigillo tantum quatuor denarii recipiantur.

Item mandamus & ordinamus, ut de cetero causae conscribantur in foliis & sexternis more Romane curie cum magnis spaciis & spaciosa scriptura, ita, quod quilibet locus foliorum contineat circa viginti quatuor rigas, & quelibet riga circa sex vel septem dictiones, & pro scriptura cujuslibet folii octo denarii.

Item pro sigillo cujuslibet folii in sexternis debent solvi quatuordecim denarii.

Item pro examine cujuslibet testis & juramento quindecim denarii.

Item pro scriptura interlocutoria ad registrum sex denarii.

Item pro ingrossatione interlocutorie duodecim denarii.

Item pro ingrossatione diffinitive sententie triginta denarii.

Item pro sigillo interlocutorie triginta denarii.

Item pro registratione actuum, que fiunt extra judicium, puta donationum & contractuum, & sic pro Notario decem denarii.

Item

Item pro ſigillo diffinitive ſententie duos florenos. Si tamen partes fuerint notabiliter pauperes, minus recipiatur.

Item pro ſigillo agendorum extra judicium, ut puta donationum, recognitionum, confeſſionum unum florenum. Sed attento, quod in cauſis & negotiis gravibus majoribus ſeu arduis cum majori gravitate fuerit procedendum, & pro tanto receſſus & alia in illis extenſius fiunt. Et ſecundum hoc etiam ſollarium Notariorum eſt taxandum, ut Judex, conſideratis circumſtantiis & qualitatibus cauſarum, ac experientia & diligentia Notarii, plus vel minus taxet, ſic quod equalitatem hinc inde obſervet, & nullus indebite gravetur.

Item cum vertitur in dubium, an cauſa ſit ardua vel magna, arbitrio judicis committimus, qui ſingulis circumſtantiis penſatis hoc diffiniat, ſic quod litigantibus gravamina indebite non inferantur.

Item inſuper ordinamus, quod in cauſis coram Vicario in ſpiritualibus ventilandis, vel coram Delegatis vel ſubdelegatis Domini noſtri Pape, ſeu etiam conſervatoribus vel ſubexecutoribus pendentibus, motis vel movendis, coram quibus conſueverunt cauſe magne & ardue frequenter tractari, pro Notario & ſigillo duplum reſpectu premiſſorum ſolvatur.

Juramentum Officialis Curie.

Ego promitto & juro, quod officium Officialatus mihi commissum fideliter & sollicite exercebo, & specialiter reddendo justiciam unicuique, nichilque in gravibus, majoribus, arduis causis, vel negotiis, in quibus fuerit dubium notabile, interloquendo vel diffinitive pronunciando faciam absque alicujus jurisperiti maturo consilio, in causis etiam gravibus, arduis & magnis coram me pendentibus, in quibus ordine judiciario proceditur, non procedam, vel terminos servabo, nisi Notario publico presente; libellos, positiones, articulos aliaque acta judiciaria ad officium Advocatorum spectantia in causis arduis non admittam, nisi alicujus Advocati vel jurisperiti signo vel nomine fuerint signata. In causis mere prophanis scienter judicialiter non procedam, neque citationem vel alios processus in hujusmodi causis alicui scienter tradam, casibus tamen in statutis praesentibus expressis exceptis, nisi de expresso mandato Superioris mei me hoc facere oporteret. Statuta etiam & ordinationes per reverendum Patrem & Dominum Dominum Johannem Episcopum Herbipolen. Anno Domini Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo die mensis Junii factas & facta, in quantum me & officium mihi commissum concernunt, fideliter observabo, & ab aliis, in quantum in me erit, observari faciam, dolo & fraude quo-

mo-

modolibet exclusis, sic me Deus adjuvet & conditores quatuor evangeliorum.

Juramentum eorum, quibus committitur officium sigillandi litteras sive processus.

Ego promitto & juro, quod circa officium sigillandi litteras & processus mihi commissum fidelis & diligens ero. In causis mere prophanis, nisi in casibus mihi statutis praesentibus expressis, Citationes vel processus minime scienter sigillabo, litteras etiam vel processus, nisi prius ipsis visis, lectis & examinatis, non sigillabo; ad membranas seu etiam cartas non descriptas, ad citationesque seu processus certos terminos comparitionis requirentes, sine conscriptione terminorum scriptas, vel alias ad scripturas interliniales seu vicium aliud manifestum in locis suspectis patientes, sigillum nullatenus scienter apponam; pecunias etiam debitas pro litteris citationis vel etiam monitionis ac aliis processibus penalibus sigillandis non remittam, nisi personis in statutis presentibus expressis, vel nisi mandatum speciale & expressum Domini mei ad hoc accesserit; pecunias etiam per me de sigillis recipiendas Domino meo absque diminutione tradam; observabo & observari faciam, quantum in me erit, & in quantum me concernunt, omnia & singula statuta per Reverendum in Christo Patrem & Dominum Dn. Johannem Episcopum

copum Herbipolen. de Anno Domini Millesimo quadringentesimo vicesimo secundo, Die mensis Junii facta & tradita, sic me Deus adjuvet & conditores quatuor Evangeliorum.

Item ordinamus, quodsi una et eadem persona duo vel tria vel plura habuerit officia, tunc juramentum cujuslibet officii specialiter & specifice, antequam admittatur, jurabit.

Juramentum Advocatorum.

Ego promitto & juro, quod officium advocandi fideliter geram, & sollicite exercebo, & specialiter in patrocinando & consulendo, nunquam etiam iniquam sive injustam causam scienter fovebo, & cum de iniquitate vel injustitia ejus mihi constiterit, eam amplius non fovebo, nihilque proponam vel allegabo pro me vel alium pro causa protrahenda, vel ad vexandum indebite adversarium; clientuli mei laboribus & expensis, cum clientulis etiam meis pro quota parte non paciscar. Statuta per Reverendum in Christo Patrem & Dominum Dominum Johannem Episcopum Herbipolen. de Anno Domini Millesimo, quadringentesimo vicesimo secundo die mensis junii facta & edita, in quantum me concernunt, fideliter observabo, & ab aliis, in quantum in me erit, observari faciam, sic me Deus adjuvet & conditores quatuor Evangeliorum.

Ju-

Juramentum Procuratorum.

Ego promitto & juro, quod officium procurationis mihi commissum fideliter geram, & sollicite exercebo, absque dolo & fraude, injustas & iniquas causas scienter non promovebo, in eis procurando seu officium procurationis exercendo, nec cum parte de certa quota litis paciscar, neque ut falsum respondeat, vel calumniose agat, vel defendat in judiciis, non inducam. Pro Dominis etiam meis vel contra ipsos penitus nihil negabo vel fatebor judicialiter, nisi ab eisdem dominis meis mihi fuerit commissum, seu per ipsos ad sic negandum vel faciendum fuero informatus. Insuper per me vel alium publice vel occulte quovis quesito colore non inducam vel informabo personam aliquam ad recipiendum litteras Citationis vel alios processus ad litigandum judicialiter coram Officiali Curiae Domini Episcopi Herbipolen., & non coram Archidiacono loci, vel econtra ad litigandum coram loci Archidiacono & non Officiali praedicto, sed permittam quamlibet personam, ubi sibi placuerit, judicialiter litigare & litteras & processus judiciarios impetrare. Quodque testes non informabo de falso, nec subornabo partem etiam meam ad frivole appellandum, seu fraudem & malitiam exercendam, non inducam, taliaque per me non faciam nec scienter falsum in judicio respondebo, litteras & processus judiciales per me dirigen-

dos

dos ſive directos non radam, non cancellabo, maxime in terminorum praefixione & propriorum nominum deſcriptione ſeu aliis locis merito ſuſpectis, aliaque omnia & ſingula in Statutis per reverendum in Chriſto Patrem & Dominum Dominum Johannem Epiſcopum Herbipolen. editis contentis, in quantum me concernunt, fideliter & absque fraude obſervabo, ſic me Deus adjuvet & haec ſancta Evangelia.

Juramentum Notariorum.

Ego juro & promitto, quod Officium Notariatus mihi commiſſum fideliter & ſollicite exercebo, non ero promotor ſeu procurator in cauſis, quae coram judice meo agitentur, ſeu agitari contigerit; in cauſis, in quibus fuero Notarius deputatus, omnes actus judiciarios ſubſtantiales in memoriali ſeu manuali in judicio & preſentia partium, ſi hoc expectare voluerit, conſcribam, & poſtquam illos conſcripſero, ipſos nec non inſtrumenta & omnia alia & ſingula in cauſis producta, ubi requiſitus a judice vel partibus earum aliqua fuero, in regiſtro fideliter redigam, vel redigi faciam; requiſitus ab eisdem partibus vel earum aliqua ſingulis terminis ſucceſſive partibus ipſis copiam, cum per judicem decreta fuerit, ſine difficultate & fraude quacunque faciam, ſalvo meo juſto ſollario, & ſecreta cauſae ſecrete ſervabo, & praeſertim conſilia judicis, dicta teſtium uſque ad eo-

rum

rum publicationem, ac ſententias tam diffinitivas quam interlocutorias, donec fuerint prolatę. Nullam etiam perſonam inducam per me vel per alium, ut in conſiſtorio illius vel alterius litteras vel proceſſus judiciales impetret, ſed quemlibet ad judicium, ubi velit, audire permittam. Statuta etiam per Reverendum in Chriſto Patrem & Dominum Dominum Johannem Epiſcopum Herbipolen. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſecundo die Menſis Junii edita & etiam in futurum edenda, in quantum me concernunt, obſervabo, ſic me Deus adjuvet & haec ſancta Dei Evangelia.

Juramentum Nunciorum.

Ego promitto & juro, quod officium mihi commiſſum fideliter ſine fraude pro poſſe & noſſe agam, & explebo, litteras etiam & proceſſus mihi committendos ad deportandum ad loca deputata perſonaliter deferam, ſeu deferri per alium fidelem nuncium faciam, prout oportunum fuerit; proceſſus inſuper, litteras, ſeu mandata, in executione ſeu publicatione neglectos ſeu retardatos ad executionem demandari ſeu publicari ſcienter non faciam, nec permittam, ſed eas, ſi culpabilis fuero in hac parte, faciam meis expenſis & laboribus renovari, litterasque hujusmodi & proceſſus publicandos ad plebanos ſeu executores eorum deferam locis & temporibus op-

por-

portunis parti personaliter aut in ambonibus ecclesiarum coram populo sive plebe publice intimandos, vel saltem transsumptum seu copiam hujusmodi litterarum seu processuum apud eosdem executores dimittam. Statuta etiam per Reverendum in Christo Patrem & Dominum Dominum Johannem Episcopum Herbipolensem de Anno Domini millesimo quadringentesimo vicesimo secundo & de mense Junii edita & in futurum edenda, in quantum me concernunt, fideliter observabo, sic me Deus adjuvet & quatuor conditores Evangeliorum.

Ut igitur ordinationes & statuta nostra hujusmodi, quae perpetua futuris temporibus censemus, inviolabiliter observentur, & ne illa ob memoriae labilitatem humanae oblivioni dentur, & ut Officiales, Judices, Advocati, Sigilliferi, Procuratores, Notarii, Pedelli & ceteri per ordinationum & statutorum eorundem audientiam & inspectionem assiduam circa eorum observantiam attentius vigilent, & sint attenti, statuimus, quod ordinationes & statuta nostra hujusmodi de verbo ad verbum in loco judicii apud rubeam januam singulis annis feria secunda proxima post Dominicam Quasimodogeniti hora primarum, vel prima sequenti die, si festum fuerit, feria secunda predicta Statuta hujusmodi per Notarium Officialis Curiae nostrae, seu illum, quem ipse Officialis ad hoc duxerit deputandum, solenniter alta & in-

intelligibili voce legantur, & ab omnibus ſilentium teneatur.

Volumus etiam, ut tempore hujusmodi lecture, que incipi debet precise in ſecundo pulſu primarum, omnes Officiales, Sigilliferi, Procuratores, Notarii & Pedelli ſint preſentes, & quicunque ex predictis pro tunc preſens in Civitate Herbipolenſi ſe abſentaverit, tempore hujusmodi lecture preſens non fuerit, Officiali Curiae noſtrae medium Florenum absque remiſſione fienda perſolvat, niſi infirmitate vel alia rationabili & manifeſta cauſa excuſetur, quam cauſam ipſi Officiali exprimere debet, & nihilominus licentiam ſe abſentandi ab eodem Officiali petere debet & obtinere.

Ordinamus etiam & precipimus, ut quilibet Officialis, Sigillifer, Advocatus, Procurator, Notarius & Pedellus dictorum Statutorum noſtrorum, antequam officium ei commiſſum exerceat, copiam propriam habeat & penes ſe retineat.

Item ſi Officialis Curiae noſtrae circa lecturam, ut premittitur, fiendam repertus fuerit negligens, pro qualibet vice duos Floren. ad fabricam Eccleſiae noſtrae Herbipolen. perſolvat, & ad hoc per Decanum ejusdem Eccleſiae compelli poterit, & debebit. Poteſtatem vero has noſtras conſtitutiones & ordinationes declarandi, corrigendi & emendandi nobis & ſuc-

ceſſoribus noſtris Epiſcopis ſpecialiter & expreſſe reſervamus. De Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo viceſimo ſecundo ſexta feria poſt feſtum Corporis Chriſti per venerabiles viros Ottonem de Milz Praepoſitum, Henricum de Gulpen, in ſpiritualibus Commiſſarium, Vernherum vom Haynn Officialem Curiae Herbipolenſ. in ambitu eccleſiae Herbipolenſ. publicata ſunt Statuta ante ſcripta.

II. Abschnitt.

XX. Stück.

Receß

zwischen

Churfürst und Markgraf Friederich zu Brandenburg, Herzog Johann in Bayern, Antonius Bischoff zu Bamberg, und Johann Bischoff zu Würzburg der Münz halben de A. 1434. *

Wir Friederich von Gottes Gnaden Marggraf zu Brandenburg, wir Johanns Herzog in Bayern, vnd Johanns Bischoff zu Wirzburg, vnd Anthonii Bischoff zu Bamberg, thun kund vnd zu wißen allen den vnsern in vnsern Landen Herrschaften vnd Gebieten wonhaftig auf dem Bürge vnd zu Franken Geistlich vnd weltlich, den dann dieser unser Brief fürkommet, gezaigt, verkündiget oder gelesen wirdt, daß wir mit Hilff v. Rath derer Herren ꝛc. vermerkt vnd angesehen haben, solch groß Schaden Verdürblichkeit vnd Abbrechung aller vnsern Fürsten Lande

* Dieser Vertrag und Münzgesatz findet sich in Hirschens Münzarchiv I. Theil Num. LXXXI. S. 77.

vnd Lewten mit Abthun und Vertilgung der guten Behennischen Große vnd ander alter Münze, die etlich abgethun vnd Inn zu großen Gewinn und Nutz in sich gezogen haben vnd noch thun, vnß vnsern Landen vnd Lewten zu merklichen Schaden, darum so seyn wir durch Rate vnser Rete Herrn Ritter vnd Knecht eintregtiglich zu Rate worden, vnd überein kommen, einer newen Münze, vnd die zu slahen lassen, in vnsern Landen, vnnd in dem wir nicht vermeinen vnsern Nutz zu suchen, sondern vns vnser Lande vnd Lewte, arm vnd reiche, damit zu fürsehen, vnnd wollen slahen lassen, ein große Münz, vnd darauff geschlagen ein iglichs Fürsten in seiner Münz sein Helm vnd Wappen, an einer Seiten, vnd an der andern Seiten der ander dreyer Fürsten schilt, vnd derselben großen Münz, soll man geben vnd nemen XX. für 1 Gulden,* auch wollen wir schlahen lassen Pfenning, die sullen geviert werden, vnd darauf geschlagen vf iglichen Pfenning der obgenanten Fürsten Ir Zweyer Schilt, vnd derselben Pfenning sullen geen 7 für der ob-

---

* Bey Hirsch stehet anstatt XX. ein doppeltes deutsches Et coetera: welches aber ein offenbarer Schreibfehler ist; dann da ein Stück dieser großen Münze soll gelten 7 pf., und 4 lb. 20 pf. einem Gulden gleich gestellet werden, so giebt die Rechnung deutlich, daß, da ein lb. 30 pf. ist, also 4 lb. 20 pf. ausmachen 140 pf., diese aber zu 7 pf. netto 20 Stück der größern Münze einen Gulden betragen.

obgemeldten großen einen, vnd derselben Pfenning soll man nemen vnd geben 4 lb. 20 pf. für ein Gulden, auch wöllen wir schlahen lassen Haller, die sollen Simel* werden, vnd darauf geschlagen vf iglichen Haller der obgenanten Fürsten Schilt einer, vnd solch obgemelt Munz sol es vnsern Munzer ausgeen geben vnd genommen werden auf St. Marteins Tag nechstkommend, in den Steten, do die Münz geschlagen wird, vnd vf denselben St. Merteins Tag so soll allenthalben in vnsern Landen in Schloßen, Steten, Clöstern, Merckten, Dörffern, Weilern, sulich obgemelt vnaser newe Münz vollkommenlich geben vnd genommen werden an Zölen, an Herrn-Geld, Zinnßen, innkauffen vnd verkauffen, vnd aller Bezalung sol sich Meniglich in allen vnsern Landen, domit weren, bezalen vnd bezalen laßen, vnd süst mit keinerleyh anderen silberin Munz klein noch gros in keinerleyh Weiße, vnd das sol also stet vnd vnverbrochenlich gehalten werden, von vns vnd allen den vnsern Geistlich vnd weltlichen Fürsten, Herrn, Freyen, Graven, Rittern, Knechten, Burgern vnd Pauern, arm vnd reich, vnd allen den Iren, allenthalben in vnsern Landen, bey Verlustung Leibs vnd Gutes vnd vnser schwere Vngnad zu vermeiden, wir wollen vnd gebieten auch allen vnsern Amtleüten, Vögten, Richtern,

* Simel: Simpel: einfach: das ist, nur auf einer Seite geprägt.

tern, Burgermeiſtern vnd Rate in Sloßen, Steten, Merckten vnd Dörffern, vnd iglichen beſunder mit ganzen Fleiß vnd Ernſt darob zu ſeyn, vnd das zu verkünden vnd zu vorſtellen, daß ſulch obgeſchrieben vnſer Meynung vnd Gebot in Maß als oben geſchrieben ſtet, gehalten werden, vnd ob jemand das vbertrett vnd geverlich verbrech, zu des Leib vnd Gut ſollen ſie greifen vnd die nicht ledig laſſen on vnſer heißen vnd wißen.

II. Abschnitt.

XXI. Stück.

Vertrag

zwischen

Grafen, Herren und Ritterschaft im Lande zu Franken, unterm Stift Würtzburg gelegen an einem, dann Bischoff Johannsen zu Würtzburg und seinem Kapitul am andern Theile, sowohl die Regierung jetztgedachten Stiffts, als auch die Handhabung der Gerechtigkeit in selbem betreffend, de Anno 1435. *

In dem Nahmen Gottes Amen.

Wir Johannes von Gottes Gnaden, Bischoff zu Würtzburg, Albrecht, Graff zu Wertheimb, Thum-Herr und Pfleger des Stiffts daselbst, Reinhart von Moßpach, Dechant, und das Kapitul ge-

* Dieser Vertrag findet sich bey Lunig im Reichsarchiv Part. spec. Cont. I. unter der freyen Reichsritterschaft in Franken S. 292. Ferner in Reinhards Beyträgen zur Geschichte Frankenlands 3. Th. S. 113. wie auch in Friesens Chronick bey Ludewig S. 704. und 1950.

meiniglich des Thomb-Stiffts zu Würtzburg, Abte, Prälaten, Graffen, Herren, Ritter und Knecht, zu demselben Stifft und Lande des Hertzogthumbs zu Franken gehörende, bekennen und thun kund allen und jeglichen Leuthen, Geistlichen und Weltlichen, in welcherley Wesen und Personen die seind, daß wir lange Zeit hero, gar merklichen geprüfet, gemerkt und empfunden haben, solch Unordnung und Uneinigkeit, die in dem ehegenannten Stifft, Landt und Leuthen gewest sind, dardurch dann derselbig würdig Stifft in groß merklich und verderblich Schuldt, Schäden, sein Freyheit und Herrlichkeit größlich geniedret, gemindert und getruckt worden, zu Erstörung und Entrennung, auch sein Unterthan Geistlich und Weltlich, Edel und Unedel, zu schweren, großen und verderblichen Schaden kommen seind, wo das nicht vorkommen, und unterstanden werde, daß das von Tag zu Tag mehr und mehr geschehen mögt, solches wir dann bey unsern Tagen und Zeiten, mit Hülf des Allmächtigen Gottes, Seiner Hochgelobten Mutter Marien, in Ehre St. Kilians und Seiner Gesellschafft der Heyl. Martyrer, durch Wiederbringung des ehegenannten würdigen Stiffts, und auch gemeine Nutz, Landt und Leuth, Geistlichen und Weltlichen, Armer und Reicher Frieden und Gemachs willen, gar gerne unterstehen, wieder in ein Guth tuglich Wesen; und redlich Ordnung bringen wolten,

und

und haben darumb mit guter Vorbetrachtung, und zeitlichem Rath, den wir dann offt und dick darum gehabt, und darinnen gar ernstlich nach unser aller besten Vernunfft und Verständnus ersuchet, und mit einander verainet haben und überkommen seind, ain und zwanzig Personen, die da von uns obgenannten Kapitul, Aebten, Prälaten, Grafen, Herren, Rittern und Knechten, der obgenannten Landschafft, nach unser besten Verständnus, durch gemeines Nutz willen, des ehegenannten würdigen Stifts Landen und Leuthen erkohrn, gewehlet, darzu gegeben, und genannt seind, nemlich fünff aus dem Kapitul, zween aus den Prälaten, drey aus den Graffen, zwey aus den Herren, und neun aus der Ritterschafft, dieselben ain und zwanzig solch Wesen und Ordnung, als obberührt ist, nach ihrer besten Vernunfft und Verständnus, ihres Gemüths begrieffen machen und setzen sollen; als sie dann darüber gelobt und zu den Heiligen geschworen haben, und wir setzen und machen, die dann das, als vor und nachgeschrieben ist, gesetzt und gemacht haben, dabey soll es ohne allermänniglichs Widersprechen und Widerruffen, in ewig Zeit gehalten, und deme nachgegangen werden, ohne Gefehrde. Es were dann, daß die ain und zwanzig die je in künftigen und ewigen Zeiten, gegeben und bescheiden werden, bedeucht in ihrer Vernunfft und Verständnus, daß ichtes in dieser Schrifft vergessen, zu bessern, ab und zuzusetzen were, das sollen

len sie allezeit mächtig sein, und dieselben ain und zwanzig, die jetzundt darzu gegeben, und genannt sein, und hinführo in künftigen Zeiten darzu gegeben werden, und genannt sein, inmassen als hernach geschrieben ist, sollen des ehegenannten Stifts Sachen jetzund und hinfüro ewiglichen handlen, mit den obgenannten unsern Herren und seinen Nachkommen, und was von demselben unsern Herren oder seinen Nachkommen, und den ain und zwanzigen, die je zu Zeiten darzu gesetzt und gegeben seind, oder dem mehrer Theil beschlossen und gerathen würde, darbey soll es bleiben, dieselben ain und zwanzig drey aus ihn geben und kiesen sollen, der soll einer seyn, aus dem Kapitul, einer aus den Graffen und Herren, und einer aus der Ritterschafft, und dieselben drey, sollen den obgenannten unsern gnädigen Herren, und einem jeglichen nachkommenden Bischoffen, an seinem Hof sein, mit deren Rathe er denn ungefehrlichen tegliche zufallende Sachen handlen soll, gefielen aber groß schwer, trefflich Sachen für, so soll man die übrigen achtzehen darzu verbotten, und was dann also unser Herr zu Würzburg, und ein jeglicher nachkommender Bischoff, und die ein und zwanzig, oder der mehrer Theil erkennten, und nach dem besten fürnehmen, dabey soll es bleiben.

Bedeucht aber die achtzehen, mit den dreyen, daß ihn dieselb Sachen auch zu groß und schwer

were,

were, so mögen sie noch zwanzig, von dem Kapitul, Prälaten, Graffen, Herren, Ritter und Knechten, aus dem landt minder oder mehr, ungefehrlich zu ihne nehmen, und denselben, die also verbott, und zu ihn kommen seindt, den soll man Cost und Futter geben, als lang man die dann nutzet, ohngefehrlichen, und denen sollen sie dann solchen Handel und Sachen, nach des Stiffts landt und leuth Nothdurft fürlegen, und sie bitten darinn zu rathen, die dann für baß mit sambt den obgenannten Herren, und ein und zwanzigen auf die Ayde getreulichen darein rathen, das beste prufen und keinerley Gefehrde darinn suchen sollen, niemandts zu lieb noch zu layd, anders dann das man in des Stiffts landen und leuth, Ehr und Nutz darinnen suche, ohne Gefehrde. Und was alsdann der obgenannt unser Herr von Würzburg, der Pfleger, und ein jeglicher nachkommender Bischoff, mit den obgenannten Personen allen, oder der mehrer Theil, unter ihn riethen; wie man die Sachen fürnehmen, den widerstehen, und was man darzu thun soll, darbey soll es bleiben, und gemeiniglichen verfolgt werden, ohne Eintrag, ohne Gefehrde. Und den dreyen, die also bey den obgenannten unsern Herren, oder seinen Nachkommen, an seinem Hoff sein sollen, soll man jährlich ihr jedem Hundert Reynisch Gulden geben für seinen Dienst, und für allen ungefehrlichen Schaden stehen, es sollen

aber

aber solch dreyhundert Gulden, und ob die drey icht Schadens nehmen, nicht ausgericht werden, von den zehen tausend Gulden, die unserm Herrn von Wirzburg zustehen sollen, doch soll ihn derselb unser Herr, Kost, Futter, Nagel und Eysen geben, und derselben Dreyer, soll keiner über vier Pferdt haben, und es sollen auch dieselben Drey alle Jahr, von den achtzehn verändert und andere an ihre Statt gegeben werden, und so sollen unter den ain und zwanzigen alle Jahr zehen verändert, und andere an ihr Statt gegeben werden, in einem Monath von der Parthey, und die vor gewesen weren, inmassen als die jetzund darzu gegeben seindt. Geschehe das nicht, so mögten die Ailff andere Zehen zu ihr wehlen, und nehmen, aus den Partheyen, der sie vor gewest weren, also daß je ailff, aus den ain und zwanzigen zwey Jahre und nicht länger bleiben, es were dann, daß die andern alle bedeucht, daß sie nuz und guth darzu weren, und welche dann an der Veränderten statt kommen weren, es were an der Dreyer, Zehener, oder Ailffer statt, die sollen dann geloben, zu den Heiligen schwören, und thun in aller Maaß, also die veränderten vorgethan hetten, ohne gefehrlich, und ob die übrigen Achtzehen von den Dreyen, von Nothdurfft wegen des Stiffts verbott werden, so soll man sie verzehren, und ihn für ungefehrlichen Schaden stehen, solche Zehrung und Schaden die drey von den Stifftsfellen, ausrichten sollen, und were,

daß

der ain und zwanziger einer oder mehr, mit Todt abgiengen so kranck worden, oder sie sonst anstieß, daß sie solches nicht gethan, noch gewarten möchten, von welcher Partheyen der oder die gewest weren, so sollen dieselben Partheyen andere an ihre Statt bescheiden und geben ohngefehrlich in einem Monath, theten sie deß nicht, so haben die andern von den ain und zwanzigen Macht, andere aus demselben Partheyen von dem sie dann dargeben, und bescheiden weren worden, zu ihn zunehmen, und zugeben, die es dann halten und thun sollen, inmassen als obgeschrieben ist, ohne Gefehrde.

Und dieweil das Stifft in Schulden ist, so soll man jetzundt unsern gnädigen Herrn von Würzburg, zehen tausend Gulden, jegliches Jahrs geben, oder ihm die beweisen, daß er der habendt sey, davon er sich, Grafen Albrechten von Werthaimb, Thumb-Herren und Pfleger, seinen Hof, und unser Frauenberg, und die drey, die ihm jedes Jahrs zugeben werden, so obgerührt ist, halten soll, und man soll auch fürbaß einen jeglichen nachkommendem Bischoffe, die zehentausend Gulden, alle Jahr geben und beweisen, damit er dann sich seinem Hof, unser Frauenberg, und die drey halten thun soll, in obbeschriebenen Mase: Wäre aber, daß der Stifft in besser Vermögendt keme, daß die ain und zwanzig, oder der mehrer Theil erkenneten, daß unserm jetzigen Herren, oder einen nachkommenden

Bischoff, eine Nothdurfft were, nach Gelegenheit des Stiffts, und Landts mehr zugeben, daß solt man ihm geben, aber nach Erkänntnus der ain und zwanziger, als obberührt ist. Und ob unsern jetzigen Herrn, oder einem nachkommenden Bischoff heftig Krieg anstiessen, wen zu bestellen, Tag zu laisten, oder andere Nothdurfft, daß, dann die ain und zwanzig oder der mehrer Theil erkenneten, daß Nothdurft were, darzu zu helffen, und zu geben, daß solt man thun von dem gemeinen Guth, Nuzung und Fellen, des Landts, und was übrig Nutzung ist, das soll man dem Stifft zu Nutz behalten und anlegen, nach Rath der obgenannten, die darzu gegeben seindt, es kene dann, daß aber den Stift, solch Krieg, treflich Sach und Tag laisten, als obgeschrieben ist, anstiessen, darzu solt man thun nach Rath der obgenannten ain und zwantziger, oder des mehrer Theils, und was auch von Hülff und Nutzung des Stiffts gefellt, oder gefallen würdet, dazu sollen die ain und zwanzig drey aus ihm geben, das sollen die drey seyn, die bey unsern Herren und dem Pfleger an dem Hoff sein, die das einnehmen, und darüber geloben und schwören sollen, solche Felle und Nutzungen fürbaß an des Stifts Schuldt und Nothdurfft zu geben, nach Rath der ain und zwanziger, oder des mehrer Theils, und auch darum eines jeglichen halben Jahrs, eine redliche ungefehrliche Rechnung und Unterweisung

sung thun, unsern Herrn von Würzburg, dem Pfleger und den übrigen von den ain und zwanzigen, es sollen auch dieselben ain und zwanzig drey von des Stifts Stetten darzu erfordern und nehmen, die mit ihnen bey der Rechnung sein, und von der andern Stett allerwegen hören sollen, wo und wie solch des Stifts Felle und Nutzung gebraucht und angelegt werden. Und were, daß Graffen, Herrn, Ritter oder Knecht unter einander und mit einander zu schicken gewönnen, welcher dann unter ihn, gegen den andern Noth geschehe, daß einer den andern nicht zu recht bringen könte, so möcht derselbige, deme das noth were, kommen für unsern gnädigen Hn. von Würzburg und den bitten seinem Widersacher zu schreiben, für ihn zu kommen, und ihme ein gleich billig Recht vor ihm wiederfahren zu lassen, daß unser Herr von Würzburg, nach Rath der dreyer thun, und Tag für sich bescheiden setzen soll, wollte aber sein Widersacher nicht dahin kommen, und ihme da gerecht werden, so mögt er den an das Land-Gericht des Stiffts und Herzogthums zu Franken laden, und so sollt man des Land-Gerichts gestatten, und wann er dann überwunde uff dem Land-Gericht, so solt ihn der obgenannt unser Herr, und ein nachkommender Bischoffe, nach Rath der ain und zwanziger beholfen seyn, zu seinem Rechten, und wie die, oder der mehrer Theil unter ihn erkennten, daß darzu zu thun were, deß soll man thun, ausgenommen

men

men was Halß oder Handt antreffe, das soll man austragen, als sich dann mit Recht gebührt.

Es soll auch unser Herr von Würzburg, das Land-Gericht wohl und redlich besetzen, nach Rath der ain und zwanziger, oder des mehrern Theils, daß das aufgericht, redlich gehalten, und ungefehrlich daran gericht werde. Were aber, daß ein Prälat, Domherr, Chor-Herr, oder ein anderer Geistlicher, mit einem Graffen, oder Herren zu schicken gewönne, oder ein Graff oder Herr mit einem Prälaten, Thom-Herren, Chor-Herren, oder einem andern Geistlichen zu schicken gewönne, welchen des Nothdurfft were, die möchten kommen für unsern Herren zu Würzburg, der soll ihn Tag bescheiden und von einander helffen, als dann von Alter herkommen ist. Were aber, ob ein Prälat, Thom-Herr, Chor-Herr, oder ein ander Geistlicher, mit einem Ritter oder Knecht, zu schicken gewönne, so soll man zu Gericht setzen vier Weltliche, und drey Geistliche. Hette oder gewönnen aber ein Ritter oder Knecht, mit einem Prälaten, Thomb-Herren, oder Chor-Herren, oder einem andern Geistlichen zu schicken, so soll man zu Gericht setzen vier Geistlich, und drey weltlich, ohngefehrlich, die darzu tüglich seindt, und was da zu Recht gesprochen würdet, von ihn allen, oder dem mehrer Theil, dabey soll es ohnberuffentlich und ohngefehrlichen bleiben, und man soll auch

nie-

niemandt an das Prucken-Gericht laden, von Schuld- und ander Sach wegen, es seindt dann die, die zu Würzburg in der Statt und den Vorstetten wohnhaftig sitzen, und in den Dorffern die Schöpfen, an die Zent, des Prucken-Gerichts haben gehen, oder daß der Herr in andern Gerichten oder Zenten, dem Anklager von dem seinen Rechts zu helffen, wissentlich versagt hette, und nicht Rechts helffen wolt. Geschehe es aber darüber ungefehrlich, so solt des kein Macht haben, und die Urthel ab sein, und solten die oder derselbe ungefehrlich und unverzagentlich geweißt werden, und welcher geweißt würdet von den Prucken-Gericht, von demselben soll man dem Kleger Rechts helffen, in dreyen vierzehen Tagen, auff frumb, ungefehrlich, unverleumbdt Leuth so er das kündlich gefordert hett. Geschehe das nicht, so möcht der Kleger, mit seinem Rechten vollfahren, und die Cent-Gericht sollen also bestellt werden, daß kein Cent in die andern richt, und daß man auch über niemandts kein Urtheil gebe, sondern der Geistlichkeit, und einem jeglichen Herrn, Ritter und Edelmann, die seinem Haimb weiß, wann die gefordert werden, und wann die also haimb geweißt sein, so soll man ihn auff bidere ohngefehrliche unverleumbt Leuth, Rechts helffen, in dreyen vierzehen Tagen ungefehrlich, nachdeme als das der Kleger fordert, es were dann, daß man dem Kläger wissent-

lich nicht Rechts helffen wolte, auch ausgenommen, Mordt, Dieberey, Nothziehung, fliessende Wunden, und was Hals und Handt, Stain und Rain antrifft. Darumb soll man an den Cent antworten, und sonst um anders nichts, und were, daß etliche Dörffer und Güther, die auf der Zenten umb Rain und Stein, und fliessende Wunden, vorher nicht geantwort und geruegt hetten, dabey sollen sie aber als sie dann von Alter herkommen seindt, bleiben; es soll auch an den Zenten nicht mehr geruegt, noch Bußfällig getheilt werden, dann die obgenannten Stuckh; es sollen auch die Schöpfen ihn selbs kein Buß zutheilen, und man soll ihn auch keine geben, es were dann, daß sie wissentlich an ihren Ayden gestrafft worden, und wer über die obgenannten Stückh, jemandts lude an das Gericht und geurtheilt darüber würde, derselb arm Mann, oder sein Herr, er sey Geistlich oder Weltlich, der möcht den Richter, Cent-Graffen oder Schöpfen fürwenden und laden, an das Land-Gericht des Stifts zu Würzburg, und Herzogthums zu Francken, wo das besetzt würdet, und was in den darumb getheilt würdet, umb solche Ueberfahrung, darzu unser Herr von Würzburg, und die ain und zwanzig beholffen sollen sein, daß ihme das volge und ausgericht werde, und ob jemandts Leuth oder Güther in Gerichten liegen hätt, die nicht in die Zent gehörten, und nit zentbar weren, gewönne jemandts zu den Leuthen und Güthern zu klagen, so soll

dersel-

derselben Herr Rechts vordern helffen, in dreyen vierzehen Tagen, in Maß als obgerührt ist, hülff er aber nicht recht, so möcht der Kläger das fordern und zurecht bringen, mit andern Gerichten ohngefehrlichen; und ob einer den andern kempflich daran luede, so soll man nicht darumb richten, es were dann kempflich Sach, und ein jeglich Zent-Gericht, und ander Gericht, die sollen ihr Urtheil holen an den Enden, als von Alter her herkommen ist, als offt das Noth geschieht, ohne Gefehrde, und es sollen auch die Geistlichen Gericht, also gehalten werden, daß unser jetziger Herr von Würzburg und sein Nachkommen, sein vicariat- und officialat-Amt, besetzen soll, mit zweyen gelehrten Mannen, die Doctores und Licentiaten, in Geistl. Rechten, und guten gewissen, oder merklich fromb und unverleumbdt, und gelehrte leuth weren, und practicirt hetten, doch daß das Kapitul bey seiner Statut bliebe, als fern man solch Personen unter ihn fünde, die zu solchen Sachen tüglich wären; es sollen auch die Ertz-Priester official haben, die studiret hetten, practici oder sonst redlich, tüglich, gelehrt, from und unverleumbd leuth weren, und man soll auch kein Weltlich Sach in die Geistlichen ziehen, und darüber nicht richten, dann sonder über diese hernach geschriebene Stück und Artickel.

Des ersten, was ehelich Sach antrifft, um Mainayd, Zehendt, geistlich Zinß und Gült, Ketzerey, Zauberey, Aussätzigkeit, oder daß einer Kirchen oder ge-

